deus non vult ſimpl'r abſolute. vt ſniam cõ
minationis quam aliquando mutat quan/
do merita mutantur nõ tenemur velle. Cõ
formitas diuine voluntatis quadrupliciter
poteſt conſiderari ſm hītud nē quattuor ca
uſarum. primo ſm cauſam materialem. vt
quando idem eſt volitum quod ſe habꝫ vt
materia circa quam eſt actus voluntatis. ⁊
ideo iſta conformitas eſt ſm quid tantum:
⁊ non ſimpliciter. q2 eſſe ſimpl'r non ē a ma
teria vel forma. Secundo modo accipitur
conformitas ſm cauſam efficientem. ſicut
quando aliquis vult hoc quod deus vult eũ
velle. quia deus hanc voluntatem in eo fa
cit. deus. n. vnamquanqꝫ voluntatem i bo
num ordinauit: ⁊ hoc vult nos velle tertiaꝫ
ſm cauſam finalem vt quando quis in glo
riam dei ſua facta ordinat pp̄ter quā ⁊ de/
us facit omnia. ⁊ in his duobus eſſential
omnis conformitas conſiſtit. 4° ſm cauſaꝫ
formalem: vt. ſ. ex charitate vel ꝗuiſ quod
vult. ſicut ⁊ deus ex charitate vult omnia.
⁊ in iſto conſiſtit perfectio conformitatis vt
ſ. act⁹ voluntatꝭ nr̃e tãto ſit volũtati diuīe cõ
formior q̃nto eſt melior ⁊ pfectior. Ex pdi/
ctis collige q̄ pfecta ſeu completa ꝯformi/
tas ad deũ ꝯprehendit quattuor. Primo

vt velimus qd deus: ſecundo vt velimus
quod vult nos velle. tertio vt velimus pro
pter quod vult: quarto vt velim⁹ eo modo
quo vult. Sed cõformitas non plena ē tri/
pliciter. primo modo ſi cõformat quis deo
in volito tm̄. ſicut ⁊ iudei conformes erant
deo in morte xpi. ſecũdo ſi cõformetur quis
in volito ⁊ in fine. ſed nõ in modo. vt quã/
do quid nõ fit ex charitate. tertio quãdo qs
cõformatur i volito ⁊ i mõ. ſed non in fine.
vt cũ ad aliũ bonũ finē tm̄ retorqueat inten
tio: De iuſticia dei. Cap. 33.

Iuſticia dei tribus modis ſumitur.
i Primo mõ qñ redditur alicui qd
meruit. ſecundo mõ qñ ꝓmiſſũ ſol/
uitur. 3° mõ qñ imꝑfectũ ꝑficitur. primo mõ
remuneratio bonoꝝ ⁊ punitio reproborũ
eſt opus iuſticie. ſecũdo mõ incarnatio xpi
opus eſt iuſticie. qꝛ ꝓmiſſũ fuit hoc per pro
phetas. tertio mõ dicitur opus iuſticie quã/
do deus peccatores iuſtificat cũ ſe ad gratiã
habilitant. faciendo qd in ſe ē. Nota ꝙ in
omnibus operibus dei inuenitur iuſticia ⁊
miſericordia. ſed iuſticia qñqꝫ eſt occulta. ⁊
miſericordia manifeſta. vt in iuſtificatione
impij. ⁊ in primo aduentu xpi aliquãdo eſt
econtrario. ſ. aperta iuſticia. ⁊ occulta miſeri/
cordia. vt in punitione paruulorũ ſine bap
tiſmo decentium. ⁊ in ſecundo aduentu xpi.
Aliunde vtrunqꝫ eſt occultum vt in tribu
latione quorundã. licet iuſtorum innocen/
tium. ſicut fuit in Job ⁊ in infirmitatibus
paruulorum. aliquando vtrunqꝫ eſt aper/
tum. vt in remuneratione iuſtorũ. ⁊ dãna/
tione reproborũ. quia illos remunerat ſu/
pra meritũ. ⁊ iſtos punit citra condignum.
quod eſt miſericordie. ſed vtriſque retribu
it ſecundum merita. hoc eſt bonis bona. ⁊
malis mala. quod eſt iuſticie. Si vis ſcire
qua iuſticia puniatur homo ꝓ peccato mo/
mentaneo eternaliter. vide primo auctorita
tes Iſai. 66. Vermis eorũ non morietur.
⁊ ignis eorum non extinguetur. pſal. 48.
Ibunt in progenies patrum ſuorũ ⁊ vſqꝫ
in eternũ non videbunt lumen. Math. 25.
Ite maledicti in ignē eternum. Apoca. 8.
Aſcendit fumus eorũ in ſecula ſeculorum.
Itē Grego. in quarto dialogorũ. Si de/
us plus non attenderet corqꝫ facta iniuſta
poſſet dici talis iuſticia. ſed quia deus intue
tur cor. iuſtũ eſt vt ſine fine puniantur qui
nunquã vellent viuere ſine peccato. Ratio
nibus idē oſtenditur. quia enī homo pecca
uit in ſuo eterno. merito punietur in eterno
dei. Itē materia ignis eſt eterna. ſcilicet
macula peccati. ergo ⁊ pena. Item peccatũ
eſt contra illũ qui eſt infinitus. ergo pena
debet eſſe infinita. ſed hoc non poteſt eſſe
acerbitate. vnde oportet ꝙ ſit diuturnitate.
Item cũ homo peccat erat in infinitũ quo/
dãmodo rationalis. iraſcibilis. ⁊ concupi/
ſcibilis quando finitũ preponit infinito illa
quidem iudicabo. iſta adherendo. ⁊ vltima
appetendo. vnde congrue debet eſſe pena
infinita. Itē mala volũtas reproborũ eter/
na eſt. ergo ⁊ pena. Itē oſtenditur exēplis
quia venditio momentanea dat ius poſſi/
dendi perpetuum vulneratio momentanea
cicatricē infert perpetuã. Itē caſus in foue
am tēporalis eſt deiectio perpetua. Item
effoſſio oculorũ tēporalis eſt. ⁊ cecitatē ope
ratur perpetuam. Item crimen leſe maie/
ſtatis temporale eſt ſeruitus perpetua. Itē
potio veneni momentanee mortē operatur
perpetuã. Dicit Aug⁹. ꝙ reddit deus ma/
la pro malis hoc eſt penaꝫ pro peccatis pro
iuſticia. quia iuſtus eſt. vel reddit bonuꝫ ꝓ
malis. hoc eſt gratiã iniuſtus. quoniã bo/
nus eſt. vel reddit bona ꝓ bonis hoc ē gra
tiã pro gratia quia iuſtus ⁊ bonus eſt nun/
quã reddit mala pro bonis. qm̄ iniuſtus nõ
ē. Aliquis punitur in pñti ꝓpter ſeipſũ. vt
peccatũ preteritũ in eo purgetur. Jo. v. Ec
ce ſanus fact⁹ es vade ⁊ ã. no. pec. ⁊c. Itē
vt ꝓpter peccatũ ꝑpetuo crucietur. tã hic qꝫ in
futuro. Exēplũ hēs de Herode ⁊ de An/
thioco. Itē vt culpa declinet vt in Paulo
qui cecatus fuit ꝑſecutor vt p⁹ illuminaret
medic⁹ predicator. 2. ad cor. xi. Ne magni
tudo re. ex. me. ⁊c. Itē vt glãia i futuro de/
tur. Actuũ. xiiij. Oportet nos per multas
tri. it. ⁊c. In primis duabus cauſis exercet

deus iuſticiam. in duabus ſequentibus miſericordiā. quinto punitur quis ꝓpter deum. ſ. vt glorificetur. Jo. Neqꝫ hic peccauit. neqꝫ parētes eius ⁊c. 6° punitur quis ꝓpter proximū. ſ. vt edificetur. ſic fuit punitus Thobias. vt alijs daretur exemplū pacientie. ſic puniunt̄ etiā innocentes pueri. ne videatur incōueniens peccatorib⁹. ſi qn̄ qꝫ tribulant̄. Juſto dei iudicio puniuntur qui vel cōceſſus abutunt̄. vt adam vel conceſſa rapere conantur. vt lucifer.

De miſericordia. dei.

Capitulum. .34.

m Iſericordia ſecundum ethimologiam dicitur tribus modis. Primo dicitur miſericordia quaſi miſeriaꝫ cordis diuidēs ſicut dicitur in auctoritate. Celi non indigent miſericordia. quia i eis nulla eſt miſeria: ſecundum hunc modum miſeria ſolum modo eſt in terra. ſecūdo mō dicitur quaſi mittens ſeorſum cordis rigorem. ſicut accipitur ibi. Miſericordia ⁊ veritas obuiauerunt ſibi. nam veritas ꝑ rigorē procedit. ſed miſericordia hunc rigorem tēperat remunerans ſupra meritūꝫ. ⁊ puniens citra cōdignum ſic eſt miſericordia etiam i inferno. tertio modo dicitur miſericordia quaſi mira ſuauitas rigās corda. ſic miſericordia maxime eſt in celo. lꝫ deus ſit iuſtus. ſicut ⁊ miſericors tamen dicit̄ ei ꝓprium eſſe miſereri potius q̄ꝫ eē iuſtū. q2 nihil requiritur ad cōplendū opus miſericordie. niſi voluntas eius. ſed ad complendum opus iuſticie requiritur etiam aliquid ex pte hoīs exigentia. ſ. meritorum. Miſericordia dei pꝫ in effectibus diuinorū beneficiorum. dat enim reis veniā dimittēdo tam peccati reatū q̄ꝫ peccati ſequelas. de quibus duobus pſal. cii. Qui ꝓpiciatur oib⁹ iniquitatibus tuis. quo ad primū. Qui ſanat oēs infirmitates tuas. quo ad. 2. Item largitur iuſtis gratiā dando. ſ. virtutis habitum ⁊ virtutis motum vt per primū faciat hoīem deo gratum ac vita eterna dignū. ſed per. 2. augeatur ei meritū. De his duobus pſal. cii. Qui coronat te in miſericordia. quo ad primum ⁊ miſerationibus. quo ad. 2. ⁊ loquitur de corona gratie. Itē confert ſanctis gloriā. ⁊ hoc dupliciter. q2 nūc in ſpe. ⁊ tandē in re. De his pſal. cii. Qui replet in bonis deſiderium tuū. quo ad primum. renouabitur vt aquile iuuētus tua. quo ad. 2. Item ex miſericordia deus patiēter expectat peccatores benigne reuocat. vl' ciſci diſſimulat. de multis periculis liberat. gratiā liberaliter donat. datam multiplicat multiplicatam cōſeruat. conſeruatā in celo premiat. Item ex miſericordia deus peccatorem ad ſe redeunteꝫ hylariter ſuſcipit. ad penitendum cor emolit. offenſaꝫ cito remittit iniurie poſt remiſſionem non meminit. Item ex miſericordia dat deus aduerſa vt peccatum purget. dat proſpera. vt ad amorem prouocet: dat ſacramenta. vt meritum cumulet. dat precepta vt premio ditet. Iteꝫ ex miſericordia errantes ad ſe reducit. euntes ad ſe conducit cadentes erigit ſtātes tenere non deſinit. peruenientes in gloriam introducit.

Explicit liber primus. Incipiunt. Capitula ſecundi.


De ipſa rerum creatione. Cap. .1.
De diſtinctione creaturarum in generali. .2.
De diſtinctione orbium tam celeſtium q̄ꝫ elementorum. .3.
De natura celorum ⁊ ſupernorum corporum. .4.
De natura ſtellarum in communi. .5.
De luce. .6.
De planetis in ſpecie. .7.
De natura quattuor elementorum. .8.
De impreſſionibus aeris. .9.
De tempore. .10.
De angelis. .11.
De diſtinctione celeſtium hierarchiarum. .12.
De proprietatibu angelorum in communi. .13.

De proprietatibus ⁊ officijs angelorum in cõmuni. ⁊ ſingulorum ordinum. 14
De cognitione ⁊ motu angelorum. 15
De prelatione angelorum. 16
De confirmatione angelorum. 17
De cuſtodia angelorum. 18
De locutione angelorum. 19
De ſpãlibus nominibus angelorum 20
De caſu angeli. 21
De ſpeciali caſu. 22
De locali caſu. 23
De reſtauratione ruine angelorum. 24
Quare peccatũ diaboli ſit irremiſſibile. 25
De proprietatibus demonum. 26
De militia diaboli contra nos. 27
De lucifero ſpãliter. 28
Quid ſit anima ſm diffinitionem. 29
Quid ſit anima ſm rem. 30
Quid ſit anima ſm nomen. 31
De triplici anima. 32
De potentia anime vegetatiue. 33
De potentijs anime apprehenſiuis. 34
De ſenſibus particularibus. 35
De ſenſu communi. 36
De vi imaginatiua 37
De vi extimatiua. 38
De fantaſia. 39
De memoria. 40
De vi ſenſibili motiua. 41
De potentijs anime rõnalis. 42
De diuiſione potentiarum. 43
De differentijs potentiarum ipſius anime. 44
De modo cognoſcendi. 45
De intellectu agente ⁊ poſſibili. 46
De intellectu ſpeculatiuo ⁊ practico. 47
De ratione ⁊ partibus eius. 48
De voluntate. 49
De anime motiuis. 50
De ſynderesi. 51
De conſcientia. 52
De operibus anime. 53
De quantitate anime. 54
De immortalitate anime. 55
De libero arbitrio. 56
De natura corporis humani. 57
De philoſophia. 58
De regulis generalis philoſophie. 59
De toto homine. 60
De proprietatibus hominis. 61
De primis parentibus. 62
De preceptis Ade datis. 63
De paradiſo. 64
De caſu primi hominis. 65
De ordine tentationis in nobis. 66

De ipſa rerum creatione:

Capitulum primum.

Summe bonitatis triplex effluxio eſt .ſ. per generationẽ. per ſpirationẽ. ⁊ per creationem. due priores emanationes ſũt ab eterno. 3ª eſt ex tpe de qua nũc eſt agendum. Inter creare generare ⁊ facere dr̃a ẽ q: res denihilo exiſtit in eſſe p creationem exit i eſſe de aliquo per factionẽ. q: facere ẽ opari de aliena mã ſed de ſubſtantia exit in in eſſe per generationẽ. Deus eſt rerum triplex cã. ſ. efficiens. exemplaris. ⁊ finalis ſed nullo modo materialis. Inter operari dei ⁊ creature differentia eſt. q: deus operatur in inſtanti. angelus autem repente. ſed natura paulatim. Preterea rerum pricipia ſunt a deo ⁊ imediate. effectus vo cõſequentes ſunt ab ipſo mediãte natura. nihil autem eſt a deo imediate tm̃. Circa mũdi creationẽ quattuor erant errores. Quidam dicebant mundũ eternũ. Alij dicebãt mundum qdem factum. ſed habuiſſe materiale principium. ⁊ nõ eſſe de nihilo. Alij dicebant deum ſuperiores creaturas per ſe produxiſſe. ſed inferiores per miniſterium angelorum. Alij ponebant duo principia: ſicut manichei. vnũ. ſ. ſũme bonũ. ⁊ aliud ſumme malum dicentes. incorruptibilia eſſe a bono principio. corruptibilia a malo: Hos omnes errores excludit Moyſes. primum cũ dicit. In pncipio. ſecundũ ibi

Creau'tȝ^m quando dicit deus. 4. eum ſeq
tur. Celum ꝛ trãm. Tenendum eſt etiam
ꝙ deus omnia ſimul creauit nec aliquaȝ no
uam ſpẽȝ poſtmodũ addidit quando prius
nõ fecerit. vel in ſe. uel in ſuo ſil'ut boĩum
aĩmas vl' in ratiõe ſeminali ſicut patet ĩ his
que naturaliter nitroducuntur in eſſe. ꝛ hoc
eſt quod dicitur deum die ſeptima quieuiſ/
ſe. non quidem a laboꝛe. vel ab opere. ſed
a nouarum ſpecierum conditione. De ope
ribus vero ſex dierum dicunt quidam nun
quam in illis debere intelligi oꝛdinem tem
poꝛis ſed nature. qꝛ dicunt omnia ſimul tẽ
poꝛe fuiſſe facta: creata ꝛ diſpoſita. ac in ſu
is ſpeciebus diſtincta. Alij dicunt omnia
ſimul creata in materia. ſed non in tali foꝛ/
ma ſicut in diebus ſequentibus receperũt.
ꝛ hec opinio magis ſequitur vltimam litte
ram. ſed pꝛima magis ſequitur rationem
Deus enim dupliciter operatur. aliqua nã
qȝ facit mediante natura. ꝛ hec fiunt ſucceſ
ſiue. aliqua facit per ſe imediate. vt creare.
peccata dimittere gratiam infundere ꝛ hu/
iuſmodi. ꝛ talia fiunt incontinenti. ꝛ perfe
cte ꝛ complete. Cum ergo deus pꝛimoꝛdia
les res nõ pꝛoduxerit mediante natura. ſed
immediãte. ꝛ per ſe vĩ ꝙ in inſtanti fecerit
eas pfectas ꝛ completas tam in materia q̃ȝ
in foꝛma. Locue ſunt quattuoꝛ. he pꝛimiti/
ue rerum creature. Celum empyreum. an
geli. materia mundi ꝛ tempus.

De diſtinctione craturaꝝ in gnãli. C.2.

c Reatura mundi triplex eſt ſ. coꝛ/
poꝛalis. tm̃. vt elementa. Spũalis
tm̃ vt angelus. ꝯpoſita tm̃ ex his.
vt homo. coꝛpoꝛalis quoqȝ natura diſtin/
guitur in coꝛpoꝛa lucida. vt ſydera ꝛ opaca
vt terra. metalla. ꝛ huiuſmodi. atqȝ per ſpi
cua ſiue diaphana. vt aer ꝛ aqua. creature
quedam ſm̃ Grego. habent eſſe tm̃. vt la
pides. quedam viuere vt arboꝛes. quedaȝ
ſentire vt animalia. quedam intelligere vt
homines ꝛ angeli. Diſtinguitur autẽ mũ/
dus triplex. ſ. architypus. i. deus. ꝛ dicitur
ab archos quod eſt pꝛiceps. ꝛ typus quod
eſt figura. ideſt pꝛincipalis figura: qꝛ ipſe ẽ
exemplar mundi ſenſibilis. Item eſt mun
dus q dicitur macro coſmus. i. maioꝛ mun
dus: vt iſte mundus ſenſibilis. Item eſt
mundus qui dicitur micro coſmus. ideſt
minoꝛ mundus. vt eſt homo. De his tri/
bus Ioh. In mundo erat ecce pꝛimum. ꝛ
mundus per ipſum factus eſt ecce ſecundũ
Et mundus eum non cognouit. ecce tertiũ
Differentia eſt inter elementum ꝛ elemen
tatum ꝛ quintam eſſentiam. Elementũ eſt
pꝛimum componibilium: ꝛ non compoſi/
tum. vnde nec terra nec aqua. nec aer: nec
ignis purum elementũ eſt. ꝛ simplex apud
nos. qꝛ inter ſe inuicem iſta cõmiſcentur. ꝛ
maxime in ea parte vbi ſe contingunt. Ele
mentatum eſt quodlibet coꝛpus compoſi/
tum ex quattuoꝛ elemẽtis. 5^a. eſſentia ẽ coꝛ
pus per ſe differens ab omnibus elemen/
tis ꝛ elementatis. tam in materia q̃ȝ in foꝛ
ma tam in natura q̃ȝ in virtute non habẽs
in ſe contrarietatem. vnde nec cauſam coꝛ
ruptionis. Opera ſex dierum pꝛout Moi
ſes diſtinxit moꝛaliter ſic habentur. Signi
ficant. n. res create de nihilo impij iuſtifica
tionem. Firmamenti operatio. boni ꝓpo/
ſiti confirmationem. Aquaꝝ congregatio
coꝛdis adunationem. Syderum perfectio
exemplum bone operationis. Piſcium et
auium foꝛmatio ſtatum actionis ꝛ contem
plationis. Hominis plaſmatio. rectitudi/
nem intentionis. Poſt hoc vͦ ſequit̃ ſep
tima dies. eternitas. ſ. requies. Eſt locꝰ ſũ
mus. i. celum vbi ſola letitia. ꝛ eſt infimus
. i. infernus vbi ſola triſtitia. ꝛ eſt medius
i. mũdus in quo ſunt ſũma ſpanda. ꝛ infi/
ma metuẽda. Diabolus igitur a ſũmo coꝛ
ruit. ꝛ in infinitum detruſus eſt. qꝛ repan
dus non erat. Homo vͦ a ſũmo nõ ceci/
dit. in medio collocatus eſt vt eſſet ei locus
quo aſcenderet per iuſticiam vel deſcende/
ret per culpam. Item Vgo de ſctõ vic. di/
cit ꝙ eſt aliqs locus in quo ſoluȝ ꝛ ſummũ
bonum eſt. i. celum aliquis in quo ſolum ꝛ
ſũmuȝ malũ eſt. ſ. infernus aliquis ĩ quo ſo
lum malũ eſt. ſȝ nõ ſũmũ. ſ. purgatoꝛiũ ali/
qs in quo bonũ ꝛ malũ eſt. ſed neutꝝ ſum

inum .ſ. Mundus iſte.

De diſtinctione orbium tam celeſtium ꝙ̄ʒ elementorum. Capi. 3.

Corporalis mundi machina tota cō/ ſiſtit in duobus. ſ. in natura celeſti ⁊ in natura elementali. Celeſtis au tem diſtinguitur in tres celos principales. ſcilicet in celum chriſtalinum: ⁊ empireum ⁊ firmamentum. Intra firmamentū quod eſt celum ſtellatum continentur ſeptem or bes planetarum qui ſunt. Saturnus. Ju/ piter. Mars. Sol. Venus. Mercurius Luna. nomine auteʒ celeſti chriſtalini ſiue aquei intelligitur illa pars materie prime. que ſm phm formata eſt i duos orbes quo rum prior eſt primum mobile. Iſtorum or bium natura eſt ꝙ omnes mouentur excep to empireo quod quietum eſt. Natura vo elementalis in quattuor speras principaleſ diſtiguitur. ſ. Ignis Aeris. Terre ⁊ aque Spera ignis tria habet interſtitia .ſ. ſuper num quod vocatur igneuʒ ⁊ medium ⁊ in imum quod vocatur olympum. Similiter Aer tria habet interſtitia. ſuppremū quod vo catur ethereuʒ. ⁊ mediū ac infimū quod vo catur aereū. ⁊ in ſuppremo eſt calor lux ꝓp ter ſolis ꝓpinquitatem. Similiter eſt in in fimo. ſ. propter radiorum repercuſſionem a terra. In medio autem interſtitio ad qđ non pertingere poteſt repercuſſio radiorū eſt frigiditas ⁊ obſcuritas in quo dicuntur bitare demones qui detruſi ſunt in hūc ae/ rem caliginoſum. Ibi etiam ſunt tempe/ ſtates tonitrua grando. niues. ⁊ ſilia. Ex his collige ſeptē orbes terrā ⁊ aquā ambiē tes qui omnes poſſunt vocari celi. Iſtos autem excellit celum trinitatis ipſe deus: q eſt in omnibus ⁊ ſuper omnia. Diſtantia dictorum orbium ⁊ planetarum hec eſt. A terra vſqʒ ad lunam ſunt miliaria. 15625. h ſunt ſtadia. 1260. A luna vſqʒ ad Mercuri um ſunt miliaria. 7912. ⁊ ſemiſſe. A mercu rio vſqʒ ad venerē tantundē. A Venere vſqʒ ad ſoleʒ ſunt. 24433. A Sole vſqʒ ad martem ſunt miliaria. 15625. A marte vſ/ qʒ ad Jouem. 6812. A Joue vſqʒ ad Sa/ turnum tantundem. A Saturno vſqʒ ad firmamentū. 24427. Ex his colligitur ꝙ a tra vſqʒ ad celū ſtellaꝝ ſunt miliaria. 19575

De nā celoꝝ ⁊ ſupnoꝝ corpoꝝ. Ca. 4.

Celum eſt corpus purū natura ſim pliciſſimum eſſentia ſubtiliſſimum icorruptibilitate ſolidiſſimum: quā titate maximū. qlitate lucidū. diaphanitate ꝑſpicuū. materia puriſſimum. figura ſperi cū. ſitu locali ſuppmum. amplitudine crea/ turarum in ſe aliquarū ꝯtentiuū. Iſte ꝓpri etates tā celo ꝯueniunt empireo ꝙ̄ʒ primo mobili. Sʒ pmum hoc eſt celū empyreuʒ a motu eſt extraneū btōꝝ ſpūum hitaculuʒ ſpūaliter ſedes nuncupatur. Celo aūt criſta lino ꝯuenit ſpūaliter qđ eſt motu velociſſi/ mum: ac in inferiora virtutis influxiuum. Eodē mō dicendū eſt de firmamēto ꝙ plu rime ſibi conueniunt de proprietatibus ſu pradictis. ⁊ inſup eſt aquaꝝ diuiſiuū ac ſtel lis decoratū. Corpa celeſtia diuidunt̃ in lu centia. ⁊ nō lucentia ⁊ diaphana. Nam cor pus lucens eſt ſol qui ſolus inter ſydera lu cet: ſed non lucētia ſunt cetere ſtelle ⁊ pla/ nete que lumen ſuum a ſole mutuant. Cor pora vo diaphana ſunt omnes ſpere cele/ ſtes. Item ſpere celeſteſ cū mouent̃ nō mu tant locum: ſed mouentur in locis ſuis. ſu piora influunt in inferiora virtutē motiuaʒ vegetatiuā: ſenſitiuā ac o um gnābilium ꝓ ductiuā. Item lʒ careant qualitatibus ele/ mentaribꝰ. nō. n. ſunt calida vl' frigida ſic ca vel humida. tñ non influunt ſuper libe/ rum arbitriū. nec hñt virtutē imutandi ho minis voluntatē: lʒ bene imutent atqʒ diſ/ ponant ꝯplexionē hoīs aliqñ que voluntateʒ nō hñt cogere. ſed magis ⁊ minuſ in diuer ſis hominibus inclinare. Operantur quoqʒ corpa ſupiora diſtinctiuā cognitionē dierū ſm lumen ſolis: diſtinctionē menſiū ſʒ lu/ men lune. ac diſtinctionū annoꝝ ſm motuʒ ſolis in aliquo circulo: atqʒ diſtinctionem temporum ſm variarum curſum planeta/ rum. diſtantiam ⁊ curſum aſcenſum ⁊ de/ ſcenſum. retrogradationem ⁊ ſtatum. Cir culus quidem eſt in ſpera interſequens eq

noctium qui interſecatur ab eodem in du/
as partes equales: ⁊ vna medietas decli/
nat verſus ſeptentrionem: alia verſus au/
ſtrum. ⁊ dicitur ille circulus zodiacus a zoi
quod eſt vita. nam ſm̄ motum planetarum
ſub illa omnis vita ſub rebus inferioribus
eſt. vel dicitur a zodias quod eſt animal. qꝛ
cum diuidatur in duodecim partes equaleſ
quelibet pars appellatur ſignum. ⁊ habet
nomen ſpeciale a nomine animalis prop/
ter proprietatem aliquā conuenientem tam
i ſi qꝫ animali. vel propter diſpoſitionem
ſtellarum ſitarum in illis partibus admo/
dum animalis. Iſte vero circulus dicitur la
tine ſignifer. quia fert ſigna: vel quia diui/
ditur in ea. Ab Ariſtotele vero in hoc de ge
neratione dicitur circulus obliquus. vbi di
cit ꝙ ſm̄ acceſſum ⁊ receſſum ſolis in obli
quo circulo fiunt generationes ⁊ corrupti
ones in rebus. Nomina vero ſignorum. ⁊
ordinatio ⁊ numerus in his ver bus no/
tantur. Sunt aries. taurus. gemini. can/
cer. leo. virgo. Libraqꝫ. Scorpius, archi/
tencus. caper. amphora. piſcis.

## De natura ſtellarum in communi
### Capitulum quintum.

Stelle ſuppreme in firmamento fi
guntur. ⁊ cum illo ſemper mouen
tur. materia ſunt puriſſime. figura
ſperice. quantitate magne. apparentia par
ue. qualitate lucide. radiorum diffuſiue. re
rum inferiorum generatiue. a ſole illumina
tionē receptiue. tenebrarum expulſiue. quā
to nox obſcurior tanto plus ſui manifeſtati
ue. in preſentia ſolis ſui luminis occultati/
ue. tempeſtatis ⁊ ſerenitatis concitatiue. vi
arum nauigantium directiue. quanto ſoli
coniunctiores tanto in communi lucidio/
res ſed ſingule minus apparentes. vt patꝫ
in galinatia claritate quantitate differūt ac
virtute. Galinatia eſt multitudo paruarū
ſtellarum quaſi contiguarum illi loco orbiſ
vbi diffunditur lumen ſolis. Fit autem ec
clypſis cum ſe ſoli luna ſubnectit: vt tene/
bras efficiat. Nota ꝙ omnes ſtelle eclyp
ſantur. ⁊ hoc vel a ſeipſis: vel a terra: vel a
planetis. Planete enim dicuntur quando
qꝫ retrogradi. quandoqꝫ progreſſiui. quan
doque ſtationarij. prout in eclypſibus ſuis
diuerſimode mouetur. Planete ſunt ſyde
ra inter celum ⁊ terram errantia. firmamen
to contrarium curſum agentia. curſu quem
habent ab influxu primi mobilis mouen/
tur directe. ſed curſu proprio mouentur ob
lique non ſintilant. ſinguli ſuos colores ⁊
circulos habēt. ⁊ tamen. ⁊ circulos aliorꝫ
ingrediuntur. ⁊ iſtorum participant quali/
tatem cum ſole micantes occultantur. quan
to terre propinquiores: tanto circulos ha/
bent minores. quanto ſunt altiores. tanto
curſus eorum naturalis videtur eſſe tardi/
or. Corpa eorum non ſunt lucida. vel per
ſpicua. ſed opaca. Alioquin nō eclypſaren
tur ſe inuicem. Motus primi mobilis ſcili/
cet none ſpere ab oriente in occidentem re/
diens iterum in orientem dicitur ratiōalis
ad ſimilitudinem motus rationis in micro
coſmo quando ſit conſideratio a creatore ꝑ
creaturas rediens in creatorē. ⁊ ibi ſiſtē/
do. Secundus motus firmamenti ⁊ plane
tarum eſt huic contrarius ab occidente in
orientem rediens i occidentem. qui dicitur
irrationalis ſiue ſenſualis ad ſimilitudinē
microcoſmi qui eſt a corruptibilibuſ ad cre
atorem. ⁊ iterum rediens ad corruptilia.

## De luce.
### Capitulum ſextum

Vt eſt ait phs ſecundo de anima
actus lucidi ſm̄ quod lucidum. vn
de ſciendum eſt q lux eſt qualitas
actiua corporis luminoſi ſicut calor ignis.
Lux quoqꝫ dat eſſe intentionale corporibꝰ
vel coloribus ſicut intellectus agēs fantaſ/
matibus. dat eſſe intellectuale. Ipſa ē me
dium differens omnia que a celo in noſ de
ſcendunt. ipſa quoqꝫ mutuat corpus nō lu
cens a lucido. Ipſa eſt ſm̄ phm celi purpu
ra maleficiorꝫ inimica nauigantiū directō

oculus noctis facies omnium rerum. Lux
vt ait Augu. rectum habet inceſſum vt nul
lo modo incedat per curuum. hec omnibuſ
rebus ⁊ decorem tribuit. ⁊ abſq; illa cuncta
ſunt ignota. ⁊ abſcondita. motus enim ei⁹
eſt ſubitus. quia ſine mora replet omnia.
Nec in ſuperficie eſt corporis vmbroſi nõ
ſe perfundit niſi in corpore dyaphano. vn/
de ſecundum corporis groſſitudinem vel
ſubtilitatem magis ⁊ minus participatur.
lux enim ſine ſui diminutione vbiq; ſe dif/
fundit. Plures ꝓprietates lucis habes ſu
pra de ſole que illi conueniunt inquantum
lucet. Sciendum eſt ꝙ lux vocatur in cor/
pore luioſo lux ſed lumen prout eſt commu
nicans alijs.

## De planetis in ſpẽ.

### Capitulum. 7.

ſ Aturnus eſt a nobis remotiſſim⁹
frigidus ⁊ ſiccus. hoc intelligas in
effectu ſicut in alijs planetiſ. Ex vi
cinitate eius calor ſolis remittitur. Ex con/
iunctione eius cum Ioue clarus efficitur.
cum naturaliter ſit palidus nociuus ẽ. Ip/
ſo dominante tantam habet virtutem vt ſi
influat in inferiora. fetus naſcitur mortifica
tus aut debilis. Plus nocet retrocedẽdo
q̃; procedendo. Moratur ĩ quolibet ſigno
30. menſibus. ex quo ſequitur ꝙ curſum ſu
um complet. ſ. 30. annis. Iuppiter eſt cla/
rus. ⁊ quaſi ad inſtar lactis candidus in q̃/
litatibus eſt bene temperatus. quia calidus
⁊ humidus In ſuperiori parte aſſidue tem
ꝑat malitiam ſaturni cum aſcenderit in cir
culum ſaturni. contrahit palorem. l; ſit cla/
rus. In quol; ſigno moratur per annum.
⁊ ita complet curſum ſuum in. 12. annis.
Mars calidus eſt ⁊ ſiccus ⁊ ideo nociuus
ex proprietatibus ſuis homines incitat ad
bellandum ⁊ interpoſitione veneris. ⁊ Io
uis eius nocuitas reprimitur. Igneus ap
paret ⁊ radioſus. In quol; ſigno moratur
40 diebus. Sol dicitur octies maior terra
ſed ſm ptolomeum ẽ. 160. vicib⁹ maior ter
ra calidus ⁊ luminoſus. eclipſim patitur cõ
munis eſt omnibus. nube celatur ſolus p ſe
lucet. quod nulli ſideri magis competit. vñ
nomen accepit ſtellas illuminat. ⁊ tñ eas ꝑ
ſuam preſentiam ab apparentia ſui luminiſ
priuat. medius eſt planetarum. odioſus e/
gris oculis. ſ; amabilis puris. tempora di
ſtinguit. locis immundis non inquinatur
terreſtria conſolidat. gelida reſoluit. flores
aperit. fructus maturat corpora dyaphana
penetrat. non requieſcit. viſu retundit. va
pores eleuat. hemiſperia viciſſi perluſtrat
appropinquans nobis eſtatem facit recedẽs
vero hiemem efficit. oculus ẽ mundi ĩ quo
libet ſigno moratur. 30. diebuſ. ⁊. 10. horis
curſum per annum facit motu proprio. ſed
diem perficit motu primi mobilis. Venus
ẽ lucidus calidus ⁊ humiduſ malitiã Mar
tis tẽperat. ſemꝑ comitatur ſolẽ. ſed cũ pre/
cedit dr̃ lucifer qñ ſequitur dr̃ veſper colorẽ
h; candentẽ ⁊ refulgentem electro ſimilem.
Inter ſidera plus ſplendet. cõplet curſum
ſuũ in. 348. diebus. Mercurius ſemꝑ cum
ſole graditur. nunq̃; ab eo plus. 30. gradi/
bus diſtans. colorẽ habet radiantem. raro
ꝓpter vicinitatem ſolis cernitur eloquẽtia
ſub ipſo eſt aquis dicitur dominari. ⁊ precẽ
ſeminibus curſũ cõplet. 338. diebus. Luna
noctem illuminat. lumen mutuat. augmen
tum patiẽ. ⁊ detrimentum. Inſima ẽ inter
planetas eclipſim patitur. ⁊ efficit maculas
habet propter coniunctionem eius quam
cum inferioribus habet ſcilicet cum terra.
Item corniculata interdum apparet ex eo
ꝙ pars eius non illuminata a nobis abſcõ
ditur. Item regina celi appellatur quia ſol
tãquã medius planetarum participat ꝓprie
tates omnium. ⁊ eas ad lunam cum lumi/
ne ſuo trãſmittit. Ipſa enim luna queccũq;
a ſole ſicut recipit ita influit. Vnd̾ quia per
eam tali modo virtutes planetarum recipi
mus merito. Regina celi vocatur. His vi/
ſis patet ꝙ quando luna prima intenditur
optimum eſt ſemina iacere. quia tunc virtu
tes planetarum quas ĩ inferioribus influit col
ligit frigida ẽ ⁊ hũida. ſolẽ ꝑcedẽs minuiẽ

ſed ſequēs creſcit. ⁊ ab eo elongať acceſſus ⁊ receſſus maris p eam cauſatur. Signa autē zodiaci quolibet menſe percurrit.

De natura elementoꝝ. Cap. 8.

Ignis conſumit ⁊ interminat in ſimilitudinem ſuam ſibi appropinquantia conuertit. motum facit de centro ad circunferentia. arder ⁊ lucet i materia aliena ſed non in ſua ſpera. Inferiora reducit ad ſupiora. qꝛ reſoluit terrea i aquoſa aquoſa in aera. aera in ſe. Mollificat dura ⁊ indurat. mollia ſubtiliat. vt pꝫ i reſolutione glaciei ⁊ condenſat. lutum depurat vt rubiginem in auro. ⁊ corrumpit ſicut ea que conſumit. frigefaciat per accidēs. vt pꝫ in aceto. eſt ⁊ penetratiuus. cōicatiuus. ⁊ diuiſiuus. Item ignis in ſpera ſua non lucet quia compactus non eſt. Nullum enim corpus dyaphanum lucet. ſed potius eſt illuminabile. Sed etiam ignis in ſpera cōpactus eſſe eclypſaret omnes ſtellas que ſupra ipſum ſunt. Ignis vero hic lucet apud noſ propter materiam coadunatam in qua eſt. hoc pꝫ. qꝛ vna candella alteri oppoſita vmbram facit. Aer eſt ſubtilis. mobilis perſpicuus per inſpirationem ⁊ reſpirationē. Caloris cordis temperatiuus. decoratur volatilibus. locus impreſſionum manſio ſpirituum damnatorum eſt ⁊ alterabilis. leuis atqꝫ rarus. non lucet. ſicut nec aliquod corpus dyaphanū ſed eſt illuminabilis. Aqua ſuper celos eleuatur. piſcibus decoratur. tēpeſtatibus ſubijcitur omnis fontes ⁊ flumina ad mare continuantur. ad locum vnde venerunt reuertuntur. Aeri prebet aqua informationem volatilium ornamentuꝫ ⁊ vegetalibus nutrimentum. ⁊ optime. eſt terminabilis termino alie nō. ſed minime termino proprio. Aqua corpus eſt dyaphanū omnibus eſt communis in chriſtallum cōgelatur iridem vel ioni in nubibus cauſat. ſordes purgat ortos irrigat. febriſcitantes ſua frigiditate ⁊ humiditate delectat. naues vehit. lumen recepit. ad ſuum principium recurrit loca vacua ſubijcit. lapides cauat. ignem extinguit. ⁊ olim mundum purgauit. In mari rubro populo dei ceſſit de latere xpi fluxit. hanc xps in vinum mutauit. ac de ipſa baptiſmi materiam ordinauit. Terra inter alia ela eſt infinita. nigra magis deſpecta. ponderoſa. rotunda. elementis alijs circundata. mater fructuum radix plantarum. nutrix animalium edificiorum fundamenta. mortuorum receptaculuꝫ. machine mundialis centrum. concludit in ſe infernū frigida. ſicca opaca. corporis humani materia. Seruat metalla centro. motum centruꝫ ex vaporibus ſuis concutitur. incluſis herbis ⁊ floribus albet. ⁊ decoratur. cōtra eam motu circulari celum cum ſideribus voluiť ab hominibus ⁊ iumentis calcatur. horum terre quedam competit ſecundum eſſe ſuuꝫ quedam ſecundum ſitum. quedam ſecundū contemptum quedam ſecundum ornatum quedam ſecundum vtilitatem.

De impreſſionibus aeris.
Capitulum. .9.

Commetes lꝫ appareat quaſi ſtella non eſt tñ aliud qꝫ vapor inflāmatus a vicinitate ignis. Hic comas luminis fundit. ⁊ dicitur ſignare mutationem regum. aut bella. aut peſtilentias. Corona eſt albus circulus. qui quandoqꝫ apparet circa ſolem vel lunam. aut ſtellas alias. ⁊ cauſatur ex reliquis nubium per planetarum radios attractis ⁊ illuminatis. talis etiam circulus figura eſt ſerenitatiſ. Aſſub duplex eſt aſcendens. ſ. ⁊ deſcendens. aſcēdens fit ex vaporibus inflammatis i ſupremo aeris. ⁊ videtur aſcendere ſicut ſi euolarent ſintille de fornace. Aſſub vero deſcendens eſt ignis retentus in nube. qui tamen expellitur obuiante nube frigida. ⁊ cadit cōtinue. propter quod ue qꝫ ſtella cadens ſit lōga. quia reliquit eius veſtigia poſt ſe. Nubes fiunt quando a virtute ſolis extrahuntur humores. ſeu vapores de aquis ac paludib⁹. ⁊ locis humidis. ⁊ ferunt ſurſū. Nebula ē id qđ ex nubib⁹ aquā pluētib⁹ relinqtur ⁊ iđ nebula ſm Ariſto. ſignū eſt ſerenitatis. Caligo eſt vapor tenebroſus. que vulgo appellatur nebula. Iſte vapor

non eleuatur: ſed priuſqꝫ conuertatur i nubes vel in pluuiam deprimitur. ⁊ remanet iuxta terram. Ros eſt id quod deſcendit ex vapore paruo. ⁊ in deſcenſu ſuo tardatur in paruis minuciis. pluuia eſt aqua deſcendens ex nubibus reſolutis. velocitatem habens ſue deſcenſiōis. ⁊ hoc guttatiꝫ: Pruina ex vapore rorido que congelatur anteqꝫ ex ipſo reſoluatur aqua. Nix generatur in nube calidiſſima. cuius cōgelatio ſimul fit cū conuerſione in aquā ⁊ ideo partes eius non inſpiſſantur. Grando generatur ex nube calidiſſima virtute ſolis multum eleuata. que poſtqꝫ in aquam reſoluitur. tunc demū i medio iterſtitio ꝯgelatur. Tonitruum eſt ſonus vaporis ſicci egredientes de nube humida vel in nube frigida ⁊ humida. ⁊ ſcindit quicquid inuenit. Iris eſt lumen ſolis receptum in nube concaua ⁊ aquoſa ac ſoli ex aduerſo oppoſita. Glacies eſt aqua congelata. Ventus eſt vapor terreus ſuperiora tranſcendens: ⁊ aerem fortiter ꝑcutiendo impellens. Venti ſunt quattuor principales. ſ. Subſolanus ab oriente temperatus habens a dextris vulturnum deſiccantem. ⁊ a ſiniſtris currum nubes generantem. Item meridie eſt auſter calidus: q flumina gignit ⁊ pluuias largas habens a dextris affricum calidum. ⁊ a ſiniſtris notum temperatum quidem. ſed peſtilentias inducentem. Item a ſeptentrione eſt aquilo frigidus habens a dextris grecuꝫ niues facientem ⁊ grandines a ſiniſtris boreā nubes conſtringentem: ac pluuias prohibentem. Item eſt zephirus flores producens. habens a dextris circium tempeſtates. ac pluuias ac tonitrua generantem a ſiniſtris fauonium in oriente nubila. ſed in meridie ſerena facientem. Turbo eſt ventus egrediens de nube in ſeipſum ⁊ egrediens: vel duo venti lateraliter ſibi orientes. ſeſeqꝫ iuxta terram orbiculariter inuoluētes. Terremotus eſt vapor groſſiſſimus extractus de profundo terre: non potens exire propter ſuperficiem terre ⁊ illius ſoliditatē ſicqꝫ coartatus in interioribus concauitatibus

De tempore.

Capitulum. x.

Empus eſt menſura motus primi mobilis: ⁊ hoc patet: q2 hic eſt tempus ⁊ non in celo ſm ſuam ſubſtātiam: q2 hic mutantur omnia. ⁊ non ibi. hic ē. n. nunc hiems: nunc eſtas: nunc pax. nūc diſcordia: nunc tranquilitas: nunc tempeſtas. Mutabilitas rerum oſtenditur i hoc ꝙ ea que precipue mundus amplectitur. i. ſapientia ⁊ potentia in oriente ceperunt. ⁊ terram habitabilem percurrerunt vſqꝫ ad occidentem. in ſignum ꝙ omnia tendūt ad occaſum. Nam ſtudium ſapientie cepit in Egypto. poſtea fuit in grecia. poſt hoc Rome. deinde in Francia ⁊ in Anglia. Similiter regna primo fuerunt in oriēte. poſt in Grecia. poſt apud Romanos. nunc poteſtas imperii reſidet in germania. Propterea Jacobus comparat vitam noſtram. et hec mutabilia vapori. Salomon ſono. Iſaias baculo harundineo. ⁊ liber Regū aq̄ dilabenti. Differentia eſt inter tempus et euum ⁊ eternitatem. Nam tempus habet principium ⁊ finem. Euum caret fine. ſed non principio. Eternitas caret vtroqꝫ termino. quia eſt menſura interminata. Iſte ſunt etates mundi. Prima eſt ab Adaꝫ vſqꝫ ad Noe. habens iuxta hebreos anos 1656. ſed ſecundum. 72. interpretes habent 2242. Secunda eſt a Noe vſqꝫ ad Abraham habens ſm hebreos annos. 292. ſed ſecundum 72. 1072. Tertia eſt ab Abrahaꝫ vſqꝫ ad Dauid. habens annos ſm hebreos. 672. ſed ſecundum. 72. 1130. Quarta ē a Dauid vſqꝫ ad tranſmigrationem Babilonis: habens annos ſm Hebreos. 473 ſed ſm. 72. 485. Quinta eſt a tranſmigratione Babylonis vſqꝫ ad chriſtum habēs annos ſm hebreos. 585. ſed ſm. 72. 578. Igitur ab exordio mundi vſqꝫ ad chriſtuꝫ ſm hebreos hēm9 ānos. 3952. ſꝫ ſm hiero.

eſt hec computatio. ſm lxx. 72. quos greci
ſequuntur. 5508. Euſebius autem quem
Oroſius ſecutus eſt inter vtroſqꝫ incedēſ
numerat annos. 5198. quos pene omnes
latini ſequuntur Sexta etas eſt a chriſto vſ
qꝫ ad finem mundi. Septima eſt quieſcen/
tium. ⁊ cōcurrit cum ſexta. Octaua eſt re/
ſurgentium. Porro ſm hebreos in prima
etate ſunt generationes. x. In ſecunda. x.
In tertia. 14. In quarta. 17. quas tm̄ Ma/
th. gratia miſterij. 13. ponit. In. 6. 13. Eta
tes hominis ſunt iſte. 6. Prima eſt infan/
tia a natiuitate vſqꝫ ad. 7. annos. Secunda
eſt pueritia vſqꝫ ad. 14. annos. Tertia eſt
adoleſcentia a. 15. annos vſqꝫ ad. 28.
Quarta eſt iuuentus a. 28. vſqꝫ ad. 49.
Quinta eſt ſenectus. a 50. vſqꝫ ad. 78.
Sexta eſt decrepitas ab anno. 79. quo/
vſqꝫ vita finitur. Dignitas dominici diei
notatur in hoc qꝫ fuit prima dierum. Item
vt dicitur erit vltima dies. Item nox illam
non preceſſit. Item nox illi non ſuccedit.
Item celum ⁊ terram in ea ſunt creata. itē
angelus in ea conuerſus eſt ad deum. Itē
primo data ſunt in eis filijs Iſrahel man/
data. vt dicit Origenes. Item in ea chri/
ſtus natus eſt. Item chriſtus in ea ſurrexit
Item in ea ſpiritus ſanctus datus eſt apo/
ſtolis. Itē omnes in ea reſurgemus atqꝫ
iudicabimur. Item in ea continuandū eſt
perpetuo in laude dei.

De angelis in communi.

Capitulum .xi.

a Ngelus eſt ſm Damaſcenum ſub
ſtantia intellectualis ſemper mobi
lis arbitrio libera incorporea deo
miniſtrans. immortalitatem ſuſcipiens ſꝫ
gratiam non naturā. Subſtantia ponitur
in hac diffinitiōe pro genere: ⁊ ponitur hoc
ad differentiam accidentis. Intelligitur
etiam ſubſtantia qualitercunqꝫ compoſita.
ex eo quod eſt ⁊ quo eſt. Intellectualis di/
citur potius q̄ꝫ rationalis. quia ratio ē vir/
tus collatiua cauſe ⁊ cauſatum. ⁊ ideo com/
poſita. vt omnis homo animal: ſor. et cetera.
Syllogiſmus nihil aliud eſt q̄ꝫ diſcurſus a
cauſa in cauſatum. Intellectus eſt de ratio
ne ſui. nec compoſitionem habet ⁊ collecati
onem. ſed eſt ſine inquiſitione ⁊ compoſiti
one. ⁊ ideo competit nature magis ſimpli
ci pro differentia vt eſt angelus. Ratio au
tem differentia eſt nature minus ſimplicis
ſcilicet hominis ſemper mobilis: non dico
de loco ad locum. ſed mobilitas dicit hic tri
plicem mobilitatem in angelo. ſcilicet natu
re intelligentie ⁊ voluntatis. Mobilitatē
enim habet nature. q2 omne creatum ver/
tibile eſt in nihilum: niſi manu omnipoten
tie diuine cōtineatur. Mobilitatem intelli
gentie habet: q2 licꝫ in angelo non ſit viciſſi/
do intelligentie quo ad ſcita in verbo: cum
deiformē habeat intellectum ſm Dionyſiū
poteſt tamen in eo eſſe viciſſitudo intelligē
tie quoad cognitionem rerum in ꝓpria na/
tura: ⁊ quo ad diſcenda. ⁊ hoc eſt quod di/
cit Augu. qꝫ omne creatum habens intelle
ctum intelligit vnum poſt aliud. Item ī vo
luntate mobilis eſt angelus: quia nō ſimul
vult hoc ⁊ illud. Item poteſt dici mobilis
motu dilectionis. Arbitrio libero hoc non
dicitur propter reflexionem ad bonum in/
differenter: ⁊ ad malum. ſed propter libe/
ram electionem eorum que voluerit. vnde
bonus angelus ſemper eligit libere bonū:
⁊ angelus malus libere ⁊ ſine coactione eli
git malum. Incorporea ſubſtantia dicitur.
quia angelus habet proprietatem corporis
non naturam. ſcilicet in loco contineri. Cū
enim corpus ſit in loco circumſpectiue ⁊ dif
finitiue eſt angelus diffinitiue ī loco. Deo
miniſtrans. Miniſterium hic ponitur pro
quocunqꝫ obſequio. ⁊ ſm hunc modum tā
aſſiſtentes q̄ꝫ miniſtrantes q̄ꝫ etiam demo
nes miniſtrant. Immortalitatem ſuſcipiēſ
ſm gratiam non naturam. quia rediret in
nihilum niſi per gratiam conſeruatiōis de
tineretur. Angelo attribuuntur quattuor.
ſcilicet eſſentia. ſubtilitas. intellectus. ꝑſpi/
cacitas. libi ar. facultas. diſcretio pſonalis
In ꝑmis trib' ꝯuenit aīa cū āgelo. In 4°
nō. q2 aīa nō ē pſona. hꝫ ēt alia tria āgelus

ſcilicet virtuoſitatē in operando officioſita/
tem in miniſtrando imutabilitatē poſt elec
tionē. ſiue in bono. ſiue in malo. Differen
tie quattuor aſſignantur inter angelū ꝛ ani
mam. Prima ꝛ principalis ē penes eē na
turale. quia anima eſt vnibilis corpori. etiā
actu ſeparata. angelus non. ſecunda ē pe/
nes eē logicum. i. diffinitionē. q2 aīa rōna/
lis eſt. ſed angelus intellectualis. Aīa eniꝫ
apprehendit inquirendo ꝛ cōferendo ange
lis vero intuendo. tertia ē penes eē meta/
phiſicū. i. ſepatum a materia ꝛ a motu quia
angelus nō habet paſſibilitatem. niſi reſpe
ctu ſuperioꝝ. aīa vero reſpectu inferiorū.
quia innutitur a ſenſibilibus. quarta eſt pe
nes eſſe theologicum. q2 anima vertibilis
eſt a bono i malum. ꝛ econtrario. angelus
vero nō quia manet in eo ad quod ſe conuer
tit. ſiue bonum ſit ſiue malum. Angeli eniꝫ
ſunt oēs ſimiles in eo ꝙ immortales inuiſi
biles. indiſſolubiles. ſimplices. diſcreti p/
ſonis. incōmutabiles. icōicabiles ſūt alteri
nature. ſed diſſimiles ſunt in doniſ gratie ꝛ
nature. Preterea dicit Dio. ꝙ in oī natu/
ra ſpirituali creata aliud eſt eſſentia aliud ē
virtus aliud eſt operatio.

De diſtinctione celeſtium hierarchiaꝝ.

Capitulum. 12.

Ierarchia triplex ē. ſ. ſupceleſtis.
b celeſtis. ꝛ ſubceleſtis. Supceleſtis
eſt in tribus perſonis. vt quidā di/
xerunt. ꝛ male. q2 ſm Dio. hierarchia di/
cit ordinem. ꝛ ille abſolute non ē in tribus
perſonis. ſed tm̄modo ordo nature. Cele/
ſtis eſt in ordinibus angeliciſ. Subceleſtis
in hoibus ſanctis. Porro hierarchia cele/
ſtis diuiditur in ſuperiorem mediam. ꝛ iſe
riorem. Superior continet tres ordines. ſ.
cherubin. ſeraphin ꝛ tronos. quorum pri/
mi conſiderant dei bonitatem. ſecundi dei
veritatem. tertij dei equitatem Item in pri
mis deus amat vt charitas. In ſecūdis no
ſcit. vt veritas. In tertijs. ſedet. vt equitas
Media continet dominationes principat9
ꝛ poteſtates quorum primi regūt officia an
gelorum ſequentes capitibus preſunt po/
pulorum. Vltimi poteſtatem coercent de/
monum. Iteꝫ in primis deus dominatur.
vt maieſtas in ſequentibus regit. vt princi/
patus. in vltimis tuetur vt ſalus. Inferior
hierarchia ſimiliter cōtinet tres ordines. ſ.
virtutes. archangelos. angelos. ad quorū
priores pertinet miraculoꝝ operatio. Ad
ſecundos maiorum negociorum denuncia
tio. Ad tertios humane cuſtodie ſollicitu/
do. In primis deus opatur vt virtus. In
ſecundis de9 reuelat. vt lux. In tertijs mit
tit vt inſpirans. Hec dicta ſunt ſm beatuꝫ
Grego. ꝛ ſm Ber. ſed ſm Dio. Virtu/
tes ſunt medius ordo ſecunde hierarchie ꝛ
principatus primus ordo tertie hierarchie.
Hic attendendum ꝙ in qualibet trium hie
rarchiarum premiſſarum notatur trinitas
diuinarum perſonarum. vt pꝫ in celeſti hie
rarchia tā ſuperiori qꝫ media qꝫ et iſeriori.

De proprietatibus angelorum.

Capitulum. 13.

Angeli ſm Iſidorum ſunt ſpiritua
a li ſubā facti ante omnem creaturaꝫ
creati natura mutabiles conditi. ſꝫ
contemplatione imutabiles facti animo im
paſſibiles. mente rationales felicitate ſecu/
ri. futuroꝝ preſcij. iuſſi mundum regunt.
miſſi corpora aerea ſumunt in celeſtibus cō
morantur Ber. de eodem. Inueſtigemus
inueſtigabilia. ꝛ primo ſpūs eſſe potentes
glorioſus beatos diſtinctos in perſonis diſ
poſitos in dignitate ab initio ſtantes in or/
dine ſuo perfectos in gn̄e ſuo. immortalita/
tes perpetuos. mente puros. affectu beni/
gnos religiōe pios. vnanimitate indiuiſos
pace ſecuros. diuinis laudibuſ ꝛ obſequijs
deditos. Item ſm Ber. In angelis eſt di
gnitas creationis gratia. confirmationis.
amor creatoris viſio diuinitatis. eſt et i an/
gelo per oīa. ſicut ſupradictuꝫ ē eſſentie ſub
tilitas. intelligentie perſpicacitas. liberi ar/
bitrij facultas. agilitatis velocitas prom/
pte omnes obediunt. maiores ſine elatio/
ne preſunt. minores ſine vitio ſubſunt.

quí ad exteriora exeunt. ab interiori cõtem/
platione nõ recedunt. omnem veritatem i/
ferioꝝ ſuperiores participant. non ecõtra.
Qui excellunt in natura precedũt in grã ⁊
gloria. In eodẽ ordine alij eſſe alijs digni
ores duplicem habent viſionem. ſ. maturã
⁊ veſpertinam. Illuminationes quas a ſu
perioribus recipiunt alijs tribuunt.

De ꝓprietatibus et officijs ſingulorum
ordinum.

Capitulum. 14.

Proprium eſt ſeraphin in amore ar
dere. alios ad incendium diuini a/
moris promouere. ⁊ deum ordina
re formam diligendi tribuere. Iſti immedi
ate deo iunguntur. ⁊ ideo purius ⁊ ſancti⁹
in ipſos operationes theophanie deferunt
ad aliud quoqȝ extra amatum non diuertũt
Cherubin quoqȝ primo ⁊ principaliter re/
lucent diui luminis radio pro eo ꝙ vicini⁹
diuine ⁊ prime veritati iunguntur. Horuȝ
officium eſt promouere homines ad diuinã
cognitionem. ideo dñr pre ceteris lucere. qr
plenitudinem luminis quam ſuſcipiunt alijs
inferioribus communicando transferunt.
Throni dicuntur eo ꝙ in eis dominus ſe/
deat. ⁊ iudicia ſua per eos determinat. In
his ergo precipue relucȝ rectitudo diuini iu
dicij. Hi quoqȝ veritatem dei quam ſupra
ſe accipiũt ad iferiores tranſfundunt. Do/
minationes dñr eo ꝙ ceteris angelis domi
nantur ⁊ ab omni oppreſſione ſunt liberi ⁊
nulli inferiori ſubijciuntur. Horum offici
um ſm Grego. eſt i bello ſpirituali inſtru
ere qualiter oporteat prelationis officiũ ex/
ercere. ⁊ qualiter debeant ſubditis domina
ri. Horum officium eſt ſm Dio. timore
ſeruili depoſito in deum moueri. ⁊ inceſſã/
ter ei famulari. Principatus ſubditis an/
gelis preſunt. ⁊ eos ad miniſterium diuinũ
explendum diſponunt. Ad hos pertinet ſȝ
Dio. vniuerſale regimẽ vnius regni ⁊ gẽ
tis ducere ad ei ſimilitudinem. Miniſteri/
um quoque eorum eſt ſm Grego. docere
homines. exhibere rẽuerentiam vnicuiqȝ
ſecundum gradum ſuum. Horum etiam
officium eſt promouere homines. vt non ꝓ
pter vtilitatem propriam ſed propter ſolius
dei amorem ⁊ honorem faciant iuſticiam.
Poteſtatibus ſm Iſido. virtutes aduer/
ſe ſubiecte ſunt ne mundo tantum noceant
quantum cupiunt. Horum officium ſm
Grego. eſt illos qui in ſpirituali certami/
ne deſudant confortare. ⁊ ne ſpirituale re/
gnum amittant defendere. Et ſm Dio.
ad ipſos ſpectat angelos inferiores quan/
tum poſſibile eſt diuine potentie conforma
re. virtutes ſũt infatigabiles ad executionẽ
faciendorum ⁊ robuſti ad perceptioneȝ mu
nerum. Horum officium eſt ſm Dioni.
docere prelatos vt facile ⁊ perſeuerãter ad
officium prelationis pertinet exequantur ⁊
ſpiritualia onera ſuſtineant patienter. Iteȝ
per iſtos fiunt. ⁊ virtutes faciendi mirabi/
lia perfectis conceduntur. Archangeli ſum
mi nuncij nuncupantur. ⁊ ſumma nunci/
ant. Horum officium eſt ſm Grego. de
his que pertinent ad promotionem fidei.
vt de natiuitate chriſti. ⁊ de factis eius ho/
mines expedire. ⁊ demones ab hominib⁹
remouere ſm Dio. prophetias reuelare.
Iſti illuminationes quas a ſuꝑioribus
ſuſcipiunt inferioribus annunciant ⁊ per
eoſdem nobis. Angeli ſunt in celeſti diſpo
ſitione vltimi ⁊ hominibus magis propin
qui. Angelus nomen eſt officij. non natu/
re. Iſti minora nunciant ⁊ homines ad
diuinam cognitionem ducunt. ⁊ vt iuſte vi
uant inſtruunt. Hi ſe ſurſum extendunt ꝑ
dilectionem dei. ⁊ in ſemetipſis firmantur
per cuſtodiam ſui. ac ſub ſe progrediuntur
ad auxilium proximi. Nos autem aſſimila
ri debemus ſeraphin per charitatem. Che
rubin per cognitionem thronis per equita/
tem dominationibus carnem ſpiritui ſub/
iungando. principatibus reuerentiam ma
ioribus exhibendo. poteſtatibus temptatio/
nibus diabolicis reſiſtendo. Item de/
bemus aſſimilari virtutibus per compaſ/
ſionem. archangelis per inſtructionem.
angelis per obſequij exhibitionem.

De cognitione ⁊ motu angelorum.
Capitulum. 15.

a Angeli cognitionē habent matuti
nā. hoc eſt cognitionem reꝝ i ver
bo. Item veſpertinam. i. cognitio
nem reꝝ in ſe. Itē meridianam. i. aptā dei
viſionem. Eſt ⁊ alia cognitio angelica. pro
ut maiores iudicant minoribus que per di
uinas theophenias perceperūt. Theophe
nia vero ē oſtenſio alicuiuſ cognoſcibilis ꝺ
deo ꝑ illuminationem de deo venientem.
⁊ hoc pōt eſſe. vel in ſymbolis. vel facie ad
faciem. Nota ꝙ angelus in cognitione re
rum in ꝓpria natura cognoſcit plura ſimul
habitu. non actu. Circa incarnationem et
paſſionem xp̄i ſciuerunt angeli ſubām facti
ſed non omnes circunſtantias. vt quare vł
quō. Preterea quecunqꝫ angeli cognoſcūt
remota ſicut ꝓpinqua. qꝛ cognitio eorum n̄
per ſenſum. ſed per intellectum eſt. Status
angeli triplex eſt. ſ. innocentie gratie. ⁊ glo
rie. Diſtinguitur motus angelorum tripli
citer ſm Dio. circularis rectus ⁊ obliquuſ.
Circularis eſt ab eodem in idem ⁊ contra
idem centrum immobilem. hunc motū ha
bent angeli qui immediate recipiunt illumi
nationes a deo. ⁊ per illas reuertuntur ad
deum. Iſtud autem conuenit ſuperiori hie
rarchie tantum. Itē motu recto mouentur
quando procedunt ad prouidentiam ſubie
ctorum recte omnia tranſeuntes. ⁊ ibi non
reuertuntur ab eodem in deum. ſed ꝺ vno
ad aliud. Item eſt in angelis motus obli
quus quando cognitionem inferiorum qui
bus prouident reflectunt in deum principi
um ⁊ finem pulchri ⁊ boni. Nota drām in
ter aſſiſtere ⁊ miniſtrare. quia aſſiſtere ē fa
ciem contemplari. ſic aſſiſtunt omnes boni
angeli. Item aſſiſtere eſt immediate recipe
re illuminationes a deo. ſic aſſiſtunt tm̄ treſ
primi ordines. Item aſſiſtere eſt appropin
quare deo ⁊ extraneum eſſe ab exterius miſ
ſione ſic aſſiſtunt quattuor primi ordines.
Miniſtrare vero eſt nunciare pro tempo
ris opportunitate. vel operari ſecundum
officium. eſt enim miniſtrare nuncij vł offi
cij. Erratum eſt circa motum angeloꝝ̄ tri
bus modis. Dicebant enim quidam phi ꝙ
angeli nunqꝫ mouentur. ſed mouent ſpe
ras. ⁊ per eas voluntates hominum. Iteꝫ
dixerunt quidam alij ꝙ angelus ſit in plu
ribus locis etiam vbicunqꝫ ſi voluerit. Itē
dixerunt alij ꝙ angeluſ ſic venit de fine ſpa
cij ꝙ non tranſit media. ſed tranſilijt. Illō
quoqꝫ pretermittendum non eſt ꝙ vnuſqſ
qꝫ ordo ab eo denominatur ſecundum ꝙ re
ſpectu inferiorum ordinum aliquid excellē
tius accedit in munere.

De prelatione angelorum.
Capitulum. 16.

p Reſunt quidam angeli regionibuſ
vt dr̄ Daniel 7°. Princeps greco
rum ⁊ princeps pſarū ⁊c. Quidaꝫ
vero preſūt eccleſijs. Apoc. 2. Angelo ephe
ſi eccleſie ſcribe. Itē alij preſunt perſonis.
Actuū. 12. Angelus Petri credebat ad ho
ſtiū ſtare quidā etiaꝫ ſpiritus maligni dn̄r
vitijs preeſſe. vn̄ vocatur aliquis ſp̄us ſup
bie ⁊ luxurie. ⁊ huiuſmodi. Quod autē pre
lationes permaneant. vł ꝙ ceſſent poſt hāc
vitam. Sciendum eſt ꝙ hierarchie ſemper
ſtabunt quantum ad inſtantiam beatitudi
nis. ⁊ quantum ad gradum dignitatis. et
nobilitatem doni gratuiti ac nature. Ceſſa
bunt prelationes angelice ad hominis ⁊ ad
angelos. quo ad actum regiminis ſecundū
gubernationem mundi ⁊ electorum ſecūdū
viam ad patriam. Prelatio autem in de
monibus. quo ad officiū inſultādi ⁊ irridē
di. ⁊ ſecundū ꝙ vnus ꝓuocat alterum i ma
litia ⁊ hoc non deſtruetur pſal. 73. Supbia
eoꝝ qui te oderunt aſcēdit ſemp. nec deſtru
etur quo ad malitiā ⁊ naturā. Ceſſabunt āt
eoꝝ prelationes quo ad officium tentandi
eos qui ſunt in via. In hominibus etiā ꝑ
lationes euacuabunt. quia erunt decani cē
turiones chiliarche ⁊ huiuſmodi. In creatu
ris ſimiliter ceſſabunt prelationes. qꝛ ſupe
riora nō mouebunt tunc inferiora ſicut mō

De cōfirmatione angeloꝝ. Cap. 17.

c Onfirmationē hꝫ angelus ex trib⁹
ſ. ex nā. gr̄a ⁊ gloria. Ex natura, qꝛ

natura ſpiritualis ſemel tantum vertibilis
eſt vel in bonum vel in malum niſi ex vni
one vnius cum altero. ſicut pꝫ i aia. que dū
eſt in corpore pōt mutari ſepius de bono in
malum. ⁊ contra. ſoluta vero non. Huius
autē rō eſt. quia natura ſpiritualis ꝓpter ſu
am ſimplicitatem ſe totam cōuertit ad id qđ
elegit quod non facit natura vnita. qꝛ habet
corpus retrahens. Ex grā ſimiliter habet
confirmationem. qꝛ ſi aliqd connectitur ſta
bili eterno vinculo ꝑpetuo illa connexio ſē
per manet. Sic angeli colligati ſunt ſtabili
eterno. ſ. ƌ hoc vinculo indiſſolubili. ſ. cha
ritatis. Apꝰ. 13. Charitas nunq̄ꝫ excidit.
Ex gloria quoqꝫ hñt cā. quia cum habeant
per gloriam qui eſt forma complectiua an
gelici deſiderij nō vagantur extra ipſum vt
querant quicq̄ꝫ illo melius vel deſiderabili
us atqꝫ iocundus. Nihil enim in creaturis
inueniunt quod poſſet eos a fonte diuine dul
cedinis auertere. Tenendum ē itaqꝫ ꝙ an
geli boni ex libertate arbitrij ad deū. cōuer
ſi ſtatim fuerunt ꝑ grām ⁊ gloriam in volū
tate cōfirmati fideles ac felices effecti. atqꝫ i
rōne illuſtrati. vt non ſolum cognoſcerent
res in proprio genere. ſed etiaꝫ in arte hoc
eſt in verbo. filius enim dicit̄ eſſe ars p̄ris
ꝑ quam operatur. Acceperunt autē in ſe ꝑ
fectionem in virtute operatiua ſiue exequā
tur illam aſſumpto corpore. ſiue alias. atqꝫ
perfectionem in virtute contemplatiua qua
quoqꝫ mutantur intra deum currunt.

De cuſtodia angelorum.

Capitulum. 18.

Angeli nobis ad cuſtodiam depu
a tati tenent nos ſtantes ne cadamꝰ.
⁊ cadentes nos adiuuant vt ſurga
mus. nec vnq̄ꝫ nos deſerunt etiā peccātes
quia ſint ſemper pati auxiliari ſi volumus.
Hoc tamen fallit in obſtinatis a quoꝝ cu
ſtodia deſiſtit angelus actualiter. paratus ē
tamē cuſtodire ſi redire voluerint qꝛ nūq̄ꝫ
deſeritur hō ex toto ab angelo nota ꝙ xp̄s
non habuit deputatū ſibi angelū qꝛ aīa eiꝰ
ſuperior fuit omni angelo. ſed antixp̄s ha
bebit quem licet propter nimiam ſuam ob
ſtinationem ſuam nimiam non ſit habitu
rus ſecundā promotionem habebit tamen
ad accuſationem. Effectus autem angelice
cuſtodie multiplex eſt. Primus eſt ipedi
menta boni ⁊ occaſiones mali ⁊ actōes pec
candi remouere. Exodi. 23. Mittā angelū
precurſorē qui eijciat Iebuſeū. Secūdus
eſt tentationes mitigare Dañ. tertio. An
gelus dñi deſcendit in fornacē ⁊c̄. Tertius
eſt contra hoſtes viſibiles adiuuare. 4. Re
gū. Heliſeus vidit caſtra angelorū. Quar
tus ē orationes noſtras ⁊ elemoſynas deo
preſentare. ⁊ pro nobis orare. Thobie. 12.
Quādo orabas cū lachrymis ⁊c̄. Quintꝰ
eſt viā oſtendere Thobie. 5. Ego ſanū du
cā ⁊ reducaꝫ ⁊c̄. Sextus eſt in agendis do
cere. zacharia ſecundo de angelo qui inſtru
xit eū de fabris. Septimus eſt ſe ipſū ⁊ alia
ſecreta reuelare. Thobie. 12. Ego ſū rapha
el angelus. Octauus eſt a peccatis excitare
Actuū. 5. Surge velociter. Nonus eſt ad
feruorē excitare. tertio. Regū. 19. Surge
comede grandis eni tibi reſtat via. Deci
mus eſt conſolari. Thobie. 5. Forti animo
eſto in proximo eſt vt adeo curreris. Vnde
cimus eſt de peccatis increpare. Iudith.
Dixit angelus populo. Iſrael. Cur cōtra
deum feciſtis. Duodecimus eſt contrarias
poteſtates arcere. ne tantum nocere valeāt
quantum velint. Thobie octauo. Quali
ter angelus aſmodeum ligauit angeli ſerui
unt nobis propter tria. ſ. propter ruine ſue
reparationem. quia homines ſaluandi itra
bunt in locum cadentium angelorum. Itē
propter meriti accidentalis cumulatiōe qđ
augetur in eis vſqꝫ ad diem iudicij. Item
propter amoris erga nos demonſtrationē
Dionyꝰ. attribuit angelo tres actus ſcilicet
purgare illuminare ⁊ perficere. Purgant
itaqꝫ angeli remouendo fantaſmata que im
pediunt illuminationem quaꝫ angelus in
tendit facere in nobis. Vnde tria remo
uent ab aīa ſcilicet ignorantiā ⁊ nubila fan
taſiarū ac falſas opiniones philoſophicarū
rationū reuelationi contrariaꝝ. Illumināt

vero animam tripliciter ad ſenſum vt patet
quando aliquid manifeſtatur in aſſumpto
corpore. ⁊ hanc poteſtatem etiam habet dia
bolus. Item ad intellectum. ⁊ talis illumi/
natio ſolum perfecta. eſt Notandum autez
ꝙ angelus non illuminat intellectu efficien
do nou in cognitionem in anima quia nõ
poteſt intellectus nouaz ſpeciem creare nec
habitum noui luminis creare vel excitare
ſed nec eius intentionem quo uult conuer/
tere poteſt quia hec eſt contra naturam li/
beri arbitrij. Hec enim tria requirũtur vt
intellectus noſtri itelligat aliquid ſcilicet ſpe
cies quia cognoſcatur ⁊ lumẽ in quo cogno
ſcatur ⁊ iterum qua conuertat ſe intellectus
ſuper ſpeciem. Illuminat autez angelus i
tellectum noſtrum excitando ⁊ diſponendo
⁊ lumen diuinum in nobis transferendo.
Facit enim vt dictum eſt in fantaſia tranſ/
mutationem ſpecierum componendo ⁊ di/
uidendo ſecundum exigentiã rei quaz vult
reuelare. Item irradiat lumen intellectus
ſui ſuper illas ſpecies vt moueant intellectũ
noſtrum. ⁊ ſic plura ⁊ ſubtiliora videre poſ
ſunt in lumine duplicato. Item excitat intẽ
tionem anime aliquo motu vt ipſa conuer
tat ſe ſuper illa fantaſmata abſtrahendo ſe
ab altis. Proficiunt autem. i. promouent
ad melius. Sed vtrum angelus accende/
re poſſit effectum humanum tripliciter po/
teſt intelligi. ſ. efficiendo vel mouendo. vel
excitando ⁊ adiuuando. Primo modo ſo
lus deus poteſt inflammare affectuz. ſ. per
effectum. Secundo modo ipſum deſidera/
tum inflammat. ſ. excitando ⁊ iuuando.
Tertio modo poteſt angelus affectum no/
ſtrum incendere per motum. De iſtis ha/
bemus exemplum in naturis: q2 prio ignis
accendit ligna. Secundo modo ligna incẽ
dunt ignem Et tertio qui ligna igni appo
nit incendit ignem. Differentia eſt inter
mittere cogitationem ⁊ incendere. ⁊ men/
tem illuminare. q2 cogitationem immittere
eſt vt dicit Beda intus creare ⁊ facere co/
gnitionem: ſed incendere eſt cogitationem
factam inflammare. Illuminare vero eſt da
re reuelationẽ de aliquo occulto itelligibili.

De locutione angelorum.

Capitulum 19.

Verbum triplex eſt. ſ. mentis. oris:
⁊ operis. verbo mẽtis loquitur de
us angelo. ⁊ econtrario. Item de/
us anime ⁊ econuerſo. Item deus diabo/
lo ⁊ econuerſo. cuius tñ intentio deum late
re non poteſt. verbo autem oris loquitur ho
mo homini corpore vnito anime. Angelus
vero homini corpore aſſumpto: ſz verbo ope
ris loquitur deus diabolo ⁊ angelus diabo
lo. De locutione itaqz angelorum. No/
ta ꝙ angelus loquitur deo cum ex viſis in
motum admirationis exurgit. vel cum effe
ctus ſuos ei preſentat: quos tamen eum la
tere minime dubitat. Angelus vero loqui/
tur angelo verbo mentis ſue. ſpecies oſtẽ
dendo mediante illuminatione quedaz ſpi
rituali irradiante ab ipſo. Item angelus fa
cit coram angelo: quo facto intelligit quod
non intelligebat. Et ſic loquuntur omnes
omnibus. ſ. maiores inferioribus ⁊ econ/
uerſo. Item loquitur angelus angelo per
communicationez diuini luminis ipſum in
ſtruendo. ſic non loquuntur omnes omni
bus nec omnia: ſed tñ ſuperiores inferiori
bus de his que per diuinas theophonias p
ceperunt. Loquitur autem angelus homi
ni dupliciter. Primo modo verbo vocali
in aſſumpto corpore. ſed tunc ſicut non pro
fert ſonum in organis materialibus ſm na
turam. ita nec circulariter immutat mediũ
quemadmodum in voce naturali vnde nõ
additur niſi ab illo ad quem ordinatur. ⁊ ſi
mile eſt in apparitionibus angelorum quoſ q
dam vident ⁊ alij eque ppinq non vident.
vt appet in Heliſeo ⁊ puero eius. Dicũt tñ
aliq ꝙ angelus nunq̃z appet vel appuit. aut
loquitur homini in ſubiecta creatura: ſz inten
tionẽ ſiue ſilitudinẽ iponit i occulo eius. vel
itentionẽ vocis ponit in aure eius ⁊ ita recipit
ſẽſus cõis ſpẽs illas: ac deinde pueniũt ad
imaginationẽ. poſt hec ad itellectũ. ⁊ hoc ẽ qđ
angelus dr̃ appere vel loq homi. 2o modo lo
qtur angelus hõi p impſſionẽ rerum ſenſibiliũ

moto inſtrumento imaginis: ⁊ ſic loquitur
vigilantibus ⁊ dormientibus. Item loqui
tur angelus diabolo ſpecies ſui intellectus
ei ſine aliqua illuminatione oſtendendo.
Item loquitur diabolus homini dupliciter
Primo modo ſenſum immutando. ⁊ hoc
vel imaginationem alicuiꝰ rei iprimendo.
inſtrumento viſus vel obiiciendo viſui ſi/
militudinem alicuius rei. Secundo modo
loquitur diabolus homini per impreſſionē
rerum ſenſibilium inſtrumento maginis.
⁊ hoc facit quandoqȝ vigilantibus: quando
qȝ dormientibus. ⁊ ſic immittit cogitationem
mali· cogitationem malam non poteſt im/
mittere que tñ mala ſit per conſenſum. Eſt
⁊ locutio animarum qꝛ anima loquitur deo
per deſiderium cuius affectiones nude ſūt
⁊ aperte oculis dei. Anima ſimiliter ange/
lo loquitur. ſed per voces corporis quas
bene percipit angelus. ſicut ⁊ alia ſenſibi/
lia. Unde exiſtens anima in corpore alia
ſpeciali poteſtate loquendi ad angelos non
indiget. ſed habebit exuta a corpore. Item
anima loquit̄ diabolo: qꝛ ſimilitudines affe
ctionū iprimūt̄ ſenſibꝰ vbi diabolꝰ legit eas

De ſpiritualibus nominibus angeloꝝ.
Capitulum. 20.

d E Michael ⁊ Gabriel ⁊ Rapha
el nominibus. Sciendum eſt ꝙ
hec ſunt propria nomina archange
lorum. lȝ eorum interpretationes conueni
ant excellentius Michael interpretatur qs
vt deus. Hic eſt ordine principatuum ⁊ at
tribuuntur ei quattuor. ſcilicet eſſe. prepoſi
tum paradiſi. ideſt eccleſie. ſicut ⁊ olim fuit
princeps ſynagoge. Item deferre animas
in paradiſum: ſed hoc intellige ꝙ glorioſius
deferat qȝ alii. Item pugnare cum draco/
ne cum diabolo. ſicut legitur in Apoca. 12.
Factum prelium magnum. Michael ⁊ an
geli eius preliabantur cum dracone. Item
venire in adiutorium populo dei. Gabriel
interpretatur fortitudo dei. Hic eſt de or/
dine archangelorū ⁊ merito. quia magna
nunciauit. Raphael interpretatur medicia
dei. ⁊ de ordine angelorum eſt. qua vnam
perſonam cuſtodiunt.

De caſu angeli. Capitulum. 21.

o Mnes angelos fecit deus bonos
non tñ ſummos. ſed medios inter
ſummum bonum ⁊ bonum com/
mutabile. quod eſt creatura. ita ꝙ ſi conue/
nerentur ad amandum deum qui ſupra ſe
erat aſcenderent ad ſtatum gratie ad glorie
Siuere auertarentur ad bonuȝ comma
tabile quod fuit intra ſe. hoc ipſo irruerent
in malum culpe ⁊ pene. quia non eſt dede/
cus peccati ſine decore iuſtitie:

De ſpirituali caſu. Cap. 22:

c Aſus diaboli duplex fuit. ſ. ſpiritu
alis ⁊ localis. Spiritualis: quia ce
cidit de nature puritate de flexibili
tate liberi arbitrii ad commutabile bonum
de luce in tenebraſ. de ſcientia ad ignoranti
am. de innocentia ad culpam. de felicitate
ad penam. de dilectione in odiuȝ. Poſt ca
ſum. n. factus eſt ipenitens: ⁊ obſtinatus i
malo ⁊ excecatus a vero. ⁊ deordinatus in
bono. ⁊ infirmatus in virtute. ⁊ excluſus
a dei cōtemplatione Preterea voluntas
eius impia conuerſa eſt ad hominis odiuȝ
⁊ inuidiam. vnde toto conamie nititur ad
ad eiꝰ ſubuerſionē p temtationeȝ multiplic

De locali caſu. Capi. 23.

c Aſus etiā diaboli localis fuit. quia
vel in infernum vel in caligīnoſuȝ
aerem qui eſt in medio. i. interſti/
tio aeris corruit. Demones non enim ſunt
in ſuperiori parte aeris: ne lumine gaudeant
nec ſunt in parte inferiori ne nimis contra
nos ſeuiāt. Vñ notandū eſt ꝙ i demōibus
eſt tria conſiderare. ſ. nām officiū ⁊ peccatū
Et nāe qdem ꝯuenit locus ſumꝰ. i. celū in
quo tanqȝ in loco ꝯgruo ſūt creati. ⁊ pꝰ mo
dū in nā ſi ſtetiſſent perficiēdi. Officio vo
qð hñt exercēdi hoīes ꝯuenit locus medius
i. aer caliginoſus vbi ⁊ ſatis ꝓpinqui ſunt
nobiſ tentāduȝ: ⁊ tñ nō hñt lumē ad gaudē
dū. Sȝ pctō ꝯuenit locus ifimus. ſ. ifernuſ
Vñ ⁊ demōes poſt finē mūdi qñ ceſſauit
coꝝ offīn detrudentꝰ ſilꝰ i infernum. dicunt
qdam ꝙ angelus cecidit ſcda die. lȝ coīor

eſt opinio ꝙ prima de ſubito poſt creationē
ſuam ceciderit. Dicitur cōmuniter ꝙ deci/
mus chorus angelorum ceciderit. ſed hoc nō
dicitur ꝙ decem ordines angelorum fuerūt
ſed ꝙ tot de ſingulis ordinibus ceciderunt
ꝙ poterant facere chorum vnum. Nouem
ordines angelorum ſunt. quilibet ordo hꝫ
ſuas legiones. Legio autem angeloꝝ hn̄t.
6666. vnitates. Tot autem in ſingulis or/
dinibus ſunt legiones quot in legione ſunt
vnitates.

De reſtauratione ruine.

Capitulum. 24.

a Angelorum ruina reſtaurabiť ꝑ ſal
uandos. Dicit Aug. ꝙ tot ſaluabū
tur homines quot angeli ceciderūt
Greg. vero dicit ꝙ tot homines ſaluabun
tur quot angeli pſtiterunt. Dixerunt etiaꝫ
quidā ꝙ duo parietes erunt in celo: ſ. vnꝰ
hominū ⁊ alius angeloꝝ ⁊ ꝙ ruina ange
lica reſtaurabitur per virgines. ⁊ ď alio pa
riete tot ſūt ſaluādi quot in alio pariete ſunt
virgines ⁊ angeli. Cur peccatum diaboli
ſit irremiſſibile.

Capitulum. 25.

q Quare peccatū diaboli ſit irremiſſi
bile aſſignanť plures rōnes Pri/
ma eſt qꝛ ſm Aug. nullo ſuggerē/
te peccauit. ⁊ ideo nullo reparāte reddidit.
ſecunda ē ſm Dama. quia contra deiformē
intellectum peccauit. Quanto autem nobi/
lior eſt cognitio tāto peior eſt error. Jo. 13.
Seruus enim ſciens voluntatem domini
⁊c̄. Tertia ſecundum eundem Dama. ē qꝛ
angelus non eſt ſuſceptibilis penitentie vn̄
nec venie. Quarta eſt quia in diabolo exti
cta eſt ſynderesis quantuꝫ ad boni promo/
tionem. Quinta eſt quia natura ſpiritualis
ſemel tantum vertibilis eſt eo ꝙ tota ſe con
uertat. quod non facit homo quia caro ſem
per repugnat ſpiritui. Status autē angeli
mali triplex ē vt patere potuit ex predictis.
Primus. ſ. nocentie. Secundus culpe.
Tertius pene ⁊ miſerie.

De ꝓprietatibus demonum.

Capitulum. 26.

Demones autem ſunt ſpiritus ipu/
d ri humani generis inimici. mente
rōnales. in nequitia ſubtiles. cupi/
di nocēdi. ꝑ ſuperbiā tumidi. ſēper i frau/
de noui immutāt ſenſus. inquinant affectꝰ.
vigilantes turbant. dormiētes per ſomnia
inquietant morbos inferunt tempeſtas cō/
citant. in lucis angelos ſe transformant.
Semper infernum ſuum ſecum portant. i
idolis diuinum officium ſibi vſurpant. ſu/
per bonos dominari appetunt. magice ar/
tes per eos fiunt. bonis ad exercitium dan
tur. ſemper fini hominis inſidiantur. Tri/
plici acumine vigēt demones. Primo ſub
tilitate nature. ⁊ hoc per cognitionem veſꝑ
tinam. Secundo experientia tēporū. Ter/
tio reuelatione ſuperiorum ſpirituū. Pri
mo modo intelligunt naturalia pn̄tia. Se/
cundo modo futura naturalia. Tertio mo/
do cognoſcunt voluntaria. Multipliciter
vero diabolus nominatur per quod ⁊ pro
prietates ſue cognoſcuntur. vocatur enim
diabolus. quod interpretatur defluēs quia
defluit. i. corruit ſpiritualiter ⁊ localiter ſi/
cut dictum eſt grece interpretatur diabolus
clauſus ergaſtulo ⁊ hoc ſibi conuenit. quia
non permittitur tantum nocere quantū vel
let. Preterea ſecundum ethimologiā dia/
bolus dicitur a dia quod eſt duo ⁊ bolus qď
eſt morſelus. quia duo occidit. ſ. corpus et
animam. Item vocatur demon. i. ſangui/
neus. ⁊ hoc propter peccatum. vel ſciens.
quia viget triplici ſcientia ſicut dictum eſt.
Item Bellial quod interpretatur abſqꝫ iu
go. vel abſqꝫ domino qꝛ pro poſſe cōtra eū
pugnat cum deberet eſſe ſubiectus. Item
Belzebub quod interpretatur vir muſca/
rum. i. aiarum peccatricū. qꝛ relinquunt ve
rum ſponſum xp̄m. Itē Sathanas. i. ad/
uerſarius vn̄ Pe. ca. v. ⁊c̄. Item Behe/
moth. i. beſtia qꝛ facit hoīes beſtiales. Iteꝫ
Leuiathan: i. additamentum eoꝝ qui pec/
cata peccatis cumulant.

De militia diaboli ꝯ nos. Cap. 27.

d Diabolus nocet homini multiplici/
ter. quia per violentiam. ⁊ hoc qn̄ꝫ

exterius corpus ledēdo ſicut fecit Job quādoq; intra membra ledendo ſicut in obſeſſis. ⁊ propter hoc datur paruulus angelus bonus ne diabolus in his ledat eos ⁊ excedat. Item nocet per impreſſionem imaginum mala ſuggerendo vel per commotionem ſanguinis ad peccatum accedēdo. vt ſenſus exteriores per obiectionem falſaruʒ formarum decipiendo. De his ⁊ ſimilibus dicit Greg. Aut opprimendo rapit. aut inſidiando circunuolat. aut ſuadendo blanditur. aut minando terret. aut deſperādo frāgit. aut permittendo decipit. Diabolus decipit homies quattuor modis. Primo ſuadendo bonum. ⁊ hoc propter malum vt cū homini inſtabili ſuadet ingreſſum religionis. ⁊ hoc vt poſtmodum apoſtatet. Secūdo modo ſuadendo malum. ⁊ hoc ſub ſpecie boni. vt periurare pro reb⁹ alterius obſeruandis. Tertio modo diſſuadendo bonum tanquam nociuum vt cum diſſuadet bono viro religionis ingreſſum ne de hoc peniteat ⁊ egrediens confundatur. Vel quando diſſuadet alicui orationem vel eleemoſynam. ne per hoc incurrat vanam gloriam. Quarto diſſuadendo malum vt ducat ad peius. vt quando diſſuadet temperātiam in victu ⁊ ſomno. vt per hoc īducat ad indiſcretam abſtinentiam quod peius eſt. Impeditur diabolus in effectu ſue malitie multis modis ſcilicet quandoq; per terminum ſue poteſtati a deo impoſitum. Item quandoq; per reſiſtentiam bonorum ſpirituum. Habet enim quelibet anima duos angelos. vnum bonum ad cuſtodiam. aliū malum ad exercitium. Item per arbitrium hominis non conſentientis. Item per peccati abominationem. quia quandoq; demones nobilioris nature peccata vilia deteſtātur. Item propter cautelam omittit facere mala vt peius fiat. ſicut modo non vexat excommunicatos vt minus timeant tales ſententias. Utrum virtus tentationis minuātur in diabolo quando vincitur diuerſe ſūt opiniones. Dicunt enim quidam q; ſuperatus in vno vitio ipſum victorē non poſſit amplius tentare de eodem vitio. ſed alius diabolus poteſt. Alij dicunt q; ſuperatus de vno vitio nullum de illo vitio poſſit amplius tentare de cetero. Data eſt poteſtas demonibus exercendi magicas artes multiplici ratione. Primo ad fallandum fallaces ſicut egiptios ⁊ ipſos magos. Unde etiam que ipſi per talem modum acturi ſūt quaſi communicando predi. ūt vbi. Xerſus perdet alium tranſuectus marima regna. Secundo ad monendum fideles. ne ſcilicet tale quid pro magno deſiderent. cuʒ videant etiam malos facere huiuſmodi. Tertio ad probandam ⁊ exercendam patiētiam ⁊ fidem iuſtorum.

## De lucifero.

### Capitulum. 28.

De lucifero ſciendum eſt quod fuit de ſupremo ordine ſuperioris hierarchie. ac in illo ordine ſupernum gradum tenuit. cui tanquam principi de ſingulis ordinibus magna multitudo adheſit quos omnes ſecum traxit. dictus eſt lucifer quia preceteris luxit. ſueq; pulchritudinis conſideratio cum excecauit. Primum hominem tentauit. ⁊ vicit. Secundum tentauit. ⁊ victus eſt. Poteſtatem tunc amiſit quam vltimis temporibus recuperabit nūc religatus eſt ⁊ in fine ſoluetur. Peccatum luciferi fuit q; ſe ⁊ ſuum bonum priuatum dilexit excecatus de altitudine habita preſūpſit. ac propriam excellentiam abnuit qu. ſi habiturus fuerit ex ſe non ab alio ⁊ ſine meritis habere voluit ſtare vel ſperare cū poſſet. quouſq; gratia apponeretur dei ſimilitudinem concupiuit. nō quidem cauſa imitationis. ſed poteſtatis id eſt ſubditos habere voluit ⁊ nulli ſubiectus eſſe concupiuit.

## Quid ſit anima ſecundum diffinitionem.

### Capitulum. 29.

Oſt naturam corpoream incorpo
p rea͂ dicendum eſt de natura vtriuſq;
compoſita . Sed primo ex parte
mentis. ſecundo ex parte corporiſ. tertio ex
pte totius hoīs. De aīa igit̄ videndū ē quid
ſit ſm diffinitionē. Porro a quibuſdā dif/
finitur vt ſpiritus. a quibuſdam vt anima.
a quibuſdam vo vt ſpiritus ⁊ anima. In/
quantum igitur anima naturam habet ſpi
ritus diffinitur ab alexandro in libro de mo
tu cordis. Ab Aug. ſic. Anima eſt ſbā in/
corporea intellectualis illuminationis ca/
pax vltima reuelatione perceptiua. vltima
dico q: mediantibus angelis percipit. Ex
hac diffinitione cognoſcimus ꝙ ſpiritꝰ hu
manus qui eſt anima inter omnes creatu/
ras poſt angelos immediate illuminatiōis
diuine ſit perceptiua. Aia vo in quantum
aīa ſic diffinitur a Remigio. Anima eſt
ſubſtantia incorporea regens corpus. Ex
hac diffinitione habemus ꝙ anima ſit cor/
poris rector ⁊ motor. Item aīa inq̄ꝫtum
anima diffinit̄ a pho lib. ꝯ. 2ᵒ de aīa ſic ani/
ma eſt endelchia. i. actus corporis phiſici:
organici potentialiter vitā habentis. En/
delchia formam vel actus ſignat. ⁊ dicitur
hic actus primus ſiue perfectio. Ex hac dif
finitiōe habemus ꝙ anima vnibilis eſt cor
pori non omni. ſed ſolo organico ⁊ phiſi/
co. i. naturali ad ſuſceptionem anime ratio
nalis diſpoſitio. Item anima inq̄ꝫtum eſt
ſpiritus ⁊ anima diffinitur ab Augu. ani/
ma eſt omnium ſimilitudo. Hec diffinitio
data eſt per comparationem anime ad crea
turas. anima enim ex ſui natura ad ſuſcipi
endas omnium rerum tam corporaliuꝫ q̄ꝫ
ſpiritualium ſimilitudines apta eſt. Sꝫ ſci
endum eſt ꝙ quedam intelligi habent p op
poſita: vt tenebre per preſentiam lucis. in/
corporalia per corporalia. ⁊ ſic dicitur ſuſci
pere anima ſpiritualiter rerum ſimilitudi/
nes. Item anime deſcriptio talis eſt. Ani/
ma eſt dei forme ſpiraculum vite. Hec de
ſcriptio datur ſm ꝙ anima comparatur ad
deum prout non ex traduce vel ſeminali ra
tione propagatur. ſed a deo corpori crean
do infunditur ⁊ infundendo creatur. Itē
ſic diffinit animam. Anima eſt ſpiritus in
tellectualis ad beatitudinem in ſe ⁊ in cor
pore ordinatus. hec diffinitio eſt in reuelati
one anime ad finem. ſm ꝙ non ſolum ſepa
rata beatificatur in ſe ſicut angelus: imo in
corpore glorificato ipſi beatitudo amplia͂t.

## Quid ſit anima ſm rem.
## Capitulum. 30.

q Uid ſit anima ſm rem. diuerſaſ vi
dentur ſententias philoſophi pro/
tuliſſe. Plato. n. dic̄ aīam numerū
ſe ipſum mouentem. Ariſtoteles endelchiā
am. Pythagoras armoniam. Hippocra
tes ſpiritum tenuem. Rabbanus lucem.
Democritus ſpiritum ex athomis compo
ſitum. Acconomius hypercus igneum vi
gorem. Parmenides dicit eam de terra et
igne eſſe. Epicurius autem ex aere ⁊ igne
Inter has diuerſitates nos ſequimur dic/
ta ſanctorum ⁊ catholicorum magiſtrorum
dicentium ꝙ anima eſt ſubſtantia ſpiritua/
lis ⁊ rationalis ad viuificandum corpꝰ hu/
manuꝫ de nihilo creata. Creata eſt inq̄ꝫ ani
ma perfectibilis ⁊ imperfecta q̄ꝫtum ad ſci
entiam ⁊ virtutes. perfectiſſima tamen eſt
q̄ꝫtum ad potentias naturales. Et quia in/
eſt ſenſui non eſt ſubiecta neqꝫ ſm dimen/
ſionem eſt extenſiua. Quantitatem enim
habet anima: vt dicit Auguſtinuſ nō dimē
ſiuam. ſed poteſtatiuam ⁊ virtualem: Et q:
ſimplex eſt anima: ideo nec augmenti: nec
detrimenti eſt ſuſceptiua. quia nec in corpo
re maiori maior. nec in minori minor repe
ritur. vt dicit Augu. Multitudo potentia/
rum in anima non ponit maioritatem i ani
me natura: ſed multiplicem effectum. ani/
ma etiam eſt vita perpetua. ſcilicet per me/
moriam intelligentiam ⁊ voluntatē ad ima
ginem dei facta: capax virtutis ⁊ vitij ſuſce
ptibilis pene vel premij arbitrio libera: po
tentiis ⁊ habitibus ⁊ effectionibus decora
ta. caret pondere ⁊ figura: ⁊ calore paſſibi
lis ⁊ mutabilis eſt: eo magna ē, q capax eſt

eternitatis eo recta quo naturaliter appe/
tens eſt bonitatis. eo bona quo particeps
eſt diuinitatis.

Quid ſit anima ſm nomem.

Capitulum. 31.

Anima dicitur inquantum corpus
a animat ⁊ uiuificat. Mens inquan
tum recolit. Animus dum vult.
Rō dum recte iudicat. Spiritus dum ſpi/
rat vel qa ſpiritualem naturaʒ habet. Sen/
ſus dum ſentit. Memoria dum recordatur
Voluntas dū conſentit. Hec nomina di/
uerſa ſicut anime non pp eſſentie pluralita
tem. ſed pp effectus multiplicitatem ⁊ ope/
rationeʒ. Dicitur anima ab a quod eſt ſine.
⁊ nemes quod eſt ſāguis. eo ꝙ ſit ſine ſāgui
ne vel dicit ab an qđ eſt tribuere: eo ꝙ ani
ma vitam tribuit.

De triplici anima. Capitulum. 32

Actus anime triplex eſt. ſ. vegeta/
re ſentire: ⁊ ratiocinari. ⁊ ſecūdum
hoc diſtinguitur anie potētia tripl'r
ſcilicet vegetabilis ſenſibilis. ⁊ rationalis.
De quibus dicit Ambroſius. ꝙ anima ve/
getabilis appetit eſſe ſenſibilis bene eſſe ra
tionalis autem optime eſſe. ⁊ ideo nunquā
quieſcit donec optimo coniungatur. ⁊ pro/
pter hoc ui amoris mouetur in deum vt ip
ſo ſumme delec entur. Hec tres potentie i
diuerſis ſubſtantijs tres anime dici poſſunt
Nam vegetabilis eſt anima in plantis ſen
ſibilis in brutis rationalis vero in homini/
bus In homine auteʒ predicte tres anime
vna ſunt eſſentia ſed differunt in potentijs
nec obſtat ꝙ in homine ſucceſſiue. ac diuer
ſis temporibus manifeſtātur hoc eni eſt a
virtute formatiua que rationaliter prius di
ſponit ad vitā q̄ʒ ad ſenſū: ⁊ prius ad ſenſū
q̄ʒ ad rōnem. preſertim cū nā nō ſubito ſʒ pa
ulati ⁊ ſucceſſiue opetur. Cū aūt. ia rōnalis
īfundit corpi pdic e p infuſe nō hñt actiōes
ſuas deiceps a virtute form tiua: ſʒ ab ipa
aia. Aia quoqʒ duas prias potētias. ſ. ve/
getabilē ⁊ ſenſibilē exercet tm̄ in corpe. aia
vegetabilis ⁊ ſenſibil' nō debēt dici aie i ho
mie ſʒ potētie. nec aia vegetabilis in aniali
dicenda eſt aia' ſʒ potētia. Aia āt vegetabil'
in plāta dicenda eſt aia non potentia.

De potentia aie vegetatiue.

Capitulum. 33.

Anima vegetabilis tres hʒ poten/
a tias. ſ. gnatiuā. nutritiuā ⁊ augmē
tatiuam. Prima eſt ad ſpēi ꝯſerua
tionē. Scđa eſt ad conſuationē indiuidui
Tertia eſt ad pfectionē ſubiecti. Virtuti āt
nutritiue quatuor deſeruiunt. ſ. virtus at/
tractiua que aſſumit neceſſaria in nutrimē
to. Item digeſtiua que ſeparat conueniens
ab inconuenienti in alimento. Item reue/
rentia que cibum tādiu retinet in vno loco:
donec debitā recipiat alterationē. Item ex
pulſiua q̄ expellit qđ ſupfluū eſt in nutrimē
to. ſed ante omnes has eſt appetitiua.

De potētijs aie apprehēſiuis.

Capitulum. 34

Anima ſenſibilis duplicē hʒ poten
tiā. ſ. apprehēſiuā ⁊ motiuā. app/
henſiua diuiditur in apprehenſiuā
de foris. ⁊ apprehenſiuā de intus. Vire
apprehenſiue de foris ſunt qnqʒ ſenſus pti
culares. ſ. viſus. auditus ⁊c. vel potentie
exteriores. Vires autem apprehenſiue de
intus ſunt qnqʒ potentie interiores. ſenſi/
biles. que ſunt cōis ſenſus. imaginatio eſti
matio fantaſia ⁊ memoria. Tradūt peripa
thetici omnes vires iſtas org nicas eē. ⁊
ꝙ per inſtrumenta corporalia ſuas opera/
tiones perficiunt.. eo ꝙ ſint circa pticula/
ria tantum. Omnis enim forma particu/
laris in materia aliena eſt: quoniam forma
ſine omni materia accepta vniuerſalis eſt.
circa quam operatur intellectus. Iſta faci
le eſt videre in ſenſibus particularib9. quo
niam illi non apprehendunt niſi per rei ſē
ſibilis preſentiam. De virtutibus auteʒ in
terioribus que ſunt imaginatio. eſtimatio.
fantaſia idem eſt: quoniam in illis omibus
eſt apprehenſio formā ſingularis ſm ſituʒ
partium ⁊ lineamenta ⁊ quantitateʒ. Om
nes iſte potentie paſſiue ſunt. ⁊ patiuntur a
formis ⁊ indiuiduis que ſūt pricipia cogni
tōis ſēſibil': ſēſibil' dico qr duplex ē cognitio

nis ſenſibilis. ſenſibilis dico qꝛ duplex eſt cognitio itellectualis que oritur ex eo quod proprie per intellectum habet cognoſci. vt forme conuenientes ⁊ huiuſmodi. Senſibilis que prouenit ex indiuiduis ⁊ obiectis ſēſum particulariuȝ que ſunt pͥcipia cognitionis ſenſibilis. Sciendū preterea ꝙ nulla potentia apprehenſiua ſenſibilis retiet id quod apprehendit. immo quod vna apprehendit alia retinet: Notandum ergo ꝙ alia virtus eſt que bene tenet: alia que bene recipit. ⁊ iſta que bene tenet perficitur ſicco ⁊ frigido. ſed illa que bene reſpicit perficitur humido.

De ſenſibus particularibus.

Capitulum. 35.

Senſus particularis in quinqȝ diuiditur. ſ. in viſum. auditum. guſtum. odoratum. ⁊ tactū qui in multis conueniunt ⁊ in multis differunt. Conueniunt. n. quinqȝ ſenſus in hoc ꝙ ſunt vires paſſiue: Sentimus enim intra ſuſcipientes non extra mittentes. Senſibile eniȝ poſitum ſupra ſenſum non ſentitur. ſecundo de anima. Omnes ſenſus ſunt ꝑceptibiles ſingularium non viſium: ad quēlibet ſenſum extendūtur nerui duo. vnus ad ſētienduȝ qui agitur contra exteriora. ⁊ alius ad motum voluntarium qui agit ⁊ ius anime interior: ⁊ ad organum dirigit intentionem. In omni ſenſu oportet eſſe proportionem ſenſibilis ad ſenſum. qꝛ in medijs delectantur. ⁊ in extremis corrumpūtur. Ad ſentiendum aliquid oportet eſſe obiectū preſens ⁊ medium deferens: ⁊ organum ſanū atqȝ conueniēs ⁊ anime intentio actualis. Omnes ſenſus vnam habent originem: ſm ſenſum cōmunem a quo velut a centro quaſi linee quedam exeunt. Differunt etiam ſenſus particulares in multis. nam quilibet habet ſpeciale inſtrumentum: Differunt etiam in obiectis: differunt in medio differentie. qꝛ tactus ⁊ guſtus habent medium intrinſecus: ⁊ alij extrinſecus. Differūt in velocitate apprehendi. qꝛ viſus eſt citiſſime apprehenſionis. ⁊ remota apprehēdit. Differūt ſitu. qꝛ viſus eſt ſupremus. Poſt auditus. deinde alij per ordinem. Differūt vtilitate. qꝛ guſtus ⁊ tactus maxime ſūt neceſſarij ad conſeruationem indiuidui ⁊ ſpeciei. Guſtus. n. diſcernit cibum per quem ſeruatur animal a nociuo. ⁊ tactus diſcernit qualitates ſenſatorum. ſicut calide ⁊ frigide ⁊ huiuſmodi. vt animal declinet extrema talium qualitatum ne corruptionem incurrat Differunt generalitate. qꝛ tactus eſt generalior. cum non habeat organum determinatum. ſed in omnibus membris ſit. Differunt etiam in impreſſionum retentione. ſēſus enim groſſiores fortius retinēt ſuas impreſſiones. ſicut patet in tactu. Nota ꝙ videmus viſu ⁊ occulo: ſed differenter. nam viſu videmus effectiue ſiue formaliter. ſed occulo videmus inſtrumentaliter. Eodem modo dicendum eſt de ceteris ſenſibus. Anima alienatur a ſenſibus tripliciter.

Primo in ſono. Secundo in extaſi magis. Tertio in morte maxime.

De ſenſu communi.

Capitulum .36.

Senſus cōmunis eſt potentia que omnium ſenſuum particularium obiecta apprehendit. vt dicit phūs ſecundo de anima. Omnes enim ſenſus exteriores a ſenſu communi exteriori velut a centro ꝑticulariter exeunt. ⁊ ſenatorū ſuorum ſimilitudines ad ſenſum communem reducunt quo mediante de ſingulorum proprietatibus iudicant ⁊ diſcernūt. Unde ſciendum ꝙ ſenſus cōmunis eſt fons ex quo omnes ſenſus oriuntur ad quē omnis motus ſenſibilium refertur ſicut ad vltimum Hec potentia quedam habet inquantū eſt ſenſus. ⁊ quedam inquantum cōmunis eſt inq̄ȝtum. n. ſenſus eſt habet recipere reruȝ ſpecies ſine materia ⁊ tamen preſente materia. inquantum communis eſt habet duo quorum vnum eſt iudicium ſenſibiliuȝ per quod nos apprehendimus nos videre quādo videmus. ⁊ audire quando audimus. et ſic de alijs. Si enim hoc iudicium nō eſſet in animalibus. non ſatis eſſet videre ⁊ au

dire vtile. ⁊ ſm alios ſenſus apprehendere
Secundum eſt comparare plura ſenſata di
cendo vnum eſſe dulce ⁊ aliud dulcius eſſe
⁊ hoc iō ſenſus cōis hȝ. q̄ ad ipm referunt
omnium propriorum ſenſuum ſenſata .
Hec virtus in anteriori parte cerebri poni
tur in loco vbi concurrunt nerui ſenſitiui
qnqȝ ſenſuū q locus meduloſuſ ⁊ humidꝰ ē

De vi imaginatiua. Cap. 37.

v Irtus imaginatiua eſt potentia ap
prehenſiua. in qua imagines rerū
ſenſibilium reſeruantur. Hec vir
tus plus abſtrahit q̄ȝ ſenſus. q̄ ſenſus non
accipit formam: niſi preſente re. illa autem
reſeruat formam etiam re abſente. In hoc
etiam imaginatio differt a ſenſu cōi. q̄ ſen/
ſus cōmunis pn̄tia rei exterioris indiget: ſi
cut ſenſus particularis. Iſta autē virtus. ſ.
imaginatio theſaurus formarum vocatur.
q̄ in ea ſicut dictum eſt forme a particulari
bus ſenſibus recepte retinentur. hec poten
tia in anteriori parte cerebri ſeu interiori. ſi
cut ⁊ ſenſus coīs ponitur. ⁊ hic maior eſt du
ricies ex frigiditate cerebri proueniēs. vbi
⁊ imaginatiua retinet impreſſiones a ſenſu
communi receptas.

De vi eſtimatiua. Cap. 38.

e Stimatiua virtus que a forma acq
ſita intentiones elicit: que a ſenſu
non percipiuntur ſm quam ouis
fugit lupum: ⁊ lupus miſeretur filio ſuo.
hoc autem non poſſet fieri niſi lupus habe
ret cognitionem eius indiuidui. ⁊ q̄ hoc in
diuiduum ſit natus eius. ſicut ⁊ ouis app/
hendit lupum ſibi nociuum. Iſta vero nō
poſſunt fieri niſi per ſenſum. Eſtimatiua
differt ab imaginatione: q̄ imaginatio ſo/
lū retinet formas apprehenſas per ſenſum
communem ⁊ ad imaginationem ſolaȝ nō
ſequitur affectus miſerie vel triſtitie vel fu/
ga vel inſecutio. Ad eſtimationē autem ſta
tim ſequitur quodlibet iſtorum. vnde ſicut
intellectus practicus ſe habet ad ſpeculatio
nem. ita ſe habet eſtimatiua ad imaginatio
nem. ⁊ propter hoc eſtimatiua non penituſ
apprehenſiua eſt. ſed etiam motiua: ꝓ hoc
q̄ terminat ad quid moueri debeat animal
⁊ a quo fugere. cum enim animal mouetur
ad cibum oportet imaginem cibi in anima
li eſſe. Sed eſtimatiua nō ſolū mouet: imo
etiam apprehendit. Oportet igitur animal
habere eſtimationem qua moueatur. Offi
cium eſtimatiue eſt apprehendere intentio
nes non quidem rationis ſed nature. Vn
de non apprehendit quid ſit milie aut no
men aut verbum vel amiciciam: vel inimi
ciciam cōmode vel incōmode. ſicut dictum
eſt. Hec virtus ponitur in prima parte me
die cellule cerebri que calida ē ex motu mul
ti ſp̄s ad ipſā.

De fantaſia. Cap. 39.

Antaſia eſt potentia cōpones ima
gines cuȝ imaginibus. ⁊ imagies
cuȝ intentionibus. Cōponit iḡ q̄ȝ
fantaſia imagines cum imaginibus: vt eſt
apprehendere aliquid eſſe album vel nigrū
vel diuerſas formas componere vel finge
re chimeras. Cōponit etiā imagies cū iten
tionibus: vt cū apprehendit ouis formā lu
pinam eſſe fugiendā. Cōponit etiā intentō
nes cum intentionibus vt patet in oue que
apprehendit nato ſuo prebenda eſſe vbera
⁊ alienū eſſe repellendū. Per fantaſiā ma
ior habetur cognitio q̄ poteſt haberi in ani
ma ſēſibili que eſt in brutis. per hāc. n. nō
ſolū ſcit pn̄tia: ſed etiā prouidet ſibi in futu
rū. Per hāc. n. q̄dam aīalia faciunt ſibi ca
ſas. ⁊ de cibo, puident in longinquū. ꝑ hāc
de illo ſcit qḋ ſit. idē ⁊ de alio q̄ ſit aliud. et
ſic de eo oī de quo ſnia, pſert ꝑ modū affir/
matiōis ⁊ negatiōis. Per hāc quoqȝ vide
mus aliqd eligere aīalia: ⁊ aliqd refutare.
Ad electionē ⁊ refutationē p̄exigit̄ ſcia ⁊
diſcretio. ⁊ iō multi dixerūt q̄ fātaſia eſt ali
qd rōnis. ſȝ dicimꝰ nō eſſe verā electionem
aīe ſenſibil̄. ſȝ aliqd ſiē. Hec a vulgo i ho
mie vocat̄ cogitatia: cū tn̄ cogitare, ppie ſit
rōniſ. Fantaſia opatur in ſono ſicut vigilia
Quōd āt in ſōnis res vident̄ eē pn̄tes hoc eſt
q̄ ſit reuerſio ad ſenſuȝ cōem. Iſta potētia
qn̄ ꝯiūcta eſt rōni ſicut ē in hoīe tūc accipit
agēdi ⁊ opandi regimē a rōne. Sȝ. q̄ rō di
uerſificat̄ ſm diuerſitatē corꝑuȝ de quibus

ratiocinatio ſit. ideo per operationes ſanta
ſie multiplicantur in homine valdꝫ. Ubi aūt
fantaſia non eſt cum ratione. vt eſt in brutiſ
tunc regitur ſolum ſm inſtinctum natu/
re. Et quia natura vno modo eſt in haben
tibus ſpeciem vnam. ideo conceptio ſanta
ſie operatur in talibus vno modo. Et inde
eſt ꝙ oīs hirundo facit vno modo nidū ſu/
um. Dixerunt quidam philoſophi ꝙ iſte
virtutes in brutis potius aguntur q̄ꝫ agāt.
ſed in homine potius agunt q̄ꝫ agantur. qꝛ
bruta mouentur ſecundum impetum ⁊ im/
pulſum appetitus naturalis. Motus autē
humani regulantur ſecundum regimen ra
tionis. Notandum ꝙ melanconici ⁊ infir/
mi ⁊ amantes multas habent fantaſiaſ. ſed
hoc non eſt ex illuſtratione que ſit per ima/
gines rerum ſenſibilium. ſed ex paſſionibꝰ
nature ⁊ confuſione ſpirituum aſcendentiū
ad cerebrum ⁊ caput turbantium. Tales
enim ſpiritus diuerſarum imaginum inuo
lutiones faciunt ⁊ generant horribiles viſi
ones ⁊ conceptiones. Preterea ſciendū
ꝙ bruta citius recipiunt influxus primi mo
toris q̄ꝫ homines. ſicut pꝫ ī formica que qn̄
cibum colligit infra tres dies non pluit. Et
gallus cantum ſuum per tempus variat. qꝛ
immutationem aure ex īfluxione primi mo
toris preſentiunt. Huius dicti hec eſt ratio
qm̄ homines multum occupantur circa cō/
ceptiones ſuas conferendo ⁊ componendo
⁊ diuidendo: quare influxiones primi mo/
toris non percipiunt ita cito ſicut bruta que
non ſic occupantur in ſuis conceptionibus
nec ſecundum illas operantur. ſed tantum
ſecundum intellectum nature. Iſta vis. ſ.
fantaſia plurimum impedit intellectum eo
ꝙ minus occupat animam compoſitione et
diuiſione imaginum: non ſolum acceptarū
a ſenſibus. ſed etiam fictarum. maxime aūt
impedit intellectum quando aliquid de cele
ſtibus ⁊ diuinis imprimitur ei. ⁊ hoc ideo.
quia conceptiones tales intellectus non po
teſt ferre nec ſunt ſimiles imaginationibus
⁊ fictionibus ſantaſie. Fantaſia vero ponit
in medio medie cellule cerebri tanquam cē
trum inter memoratiuam ⁊ imaginatiuaꝫ.
quia fantaſia conuertit ſe tā ꝑ formas quas
accipit imaginatiua per ſenſum q̄ꝫ ſuper in
tentōes quas reſeruat memoria. ⁊ tūc iſtas
formas ac intētiones diuidit ac componit.

De memoria.

Capitulum. .40.

Memoria autem ē repoſitorium pre
teritorum. Reſeruat enim memo
ria intentiones per eſtimationeꝫ a
figuris rerum elicitas. Anima per memo
riam mediantibus rebus ſenſibilibꝰ in
ipſas reddit res ſenſibiles que ſunt extra ip
ſam. ⁊ propter hoc oportet actum memorie
duas precedere operationes. quarum vna
eſt hoc eſſe receptum. ⁊ hec eſt operatio ſen
ſus cōis. ⁊ in hoc memoria incipit. ſecunda
eſt hoc eſſe conſeruatum apud nos quod fit
per imaginationem. Oportet etiam ꝙ ante
memoriam quedaꝫ virtus operetur que ex
figuris rerum diuidat rerum intentiones
ſingulareſ. Differunt imaginatio ⁊ memo
ria. qꝛ iſta conſeruat ſpēs rerum hec conſer
uat intentiones ſpēꝝ. Sciēdū quoqꝫ ꝙ me
moria differt a reminiſcētia. quia memoria
diſcrete ⁊ diſtincte reuertitur ad res compo
nendo intentiones diſtinctas cum imagini
bus. Reminiſcentia ſiue recordatio eſt mo
tus quaſi interceptus ⁊ abſciſſus per obliui
onē. ⁊ eſt cum collatione temporis ⁊ loci et
huiuſmodi. Reminiſcentie eni modus nō
eſt vniformis ſed cauſatur in pluribus pri/
cipijs circūſtantibus id cuius ꝓprie ē remi
ſcibilitas cū ſit principiū multoꝝ prius me/
moratoꝝ. Cū eni per memoriā fiat rerum
apprehenſio qꝺ eedem res prius fuerint in
ſe vl' in ſenſibus alijs cognite patet ꝙ ſi qs
rem totaliter oblitus eſt non poteſt per me/
moriam recordari ſe eſſe oblitum. Sed ſi
oblitus eſt in parte. tunc per id quod remā
ſit poteſt reminiſci. ſed quādoqꝫ ſciuiſſe vel
per collectionem reminiſcentie pōt etiā ad id
qꝺ oblitus ē redire cū illius adiutorio quod
remāſit memorie. Alia ē dr̄a īter memoriā
⁊ reminiſcentiā. qꝛ memoria multa partici
pant animalia. ſed reminiſcentia eſt ſolius

rationis. quia reminiſcentia eſt quedam in
ueſtigatio que ſine ordine rationis non eſt.
ac ſine deliberatione per que antecedens or
dinatur ad ꝯñs. Sane cum quis reminiſci
voluerit ea que non eo modo quo per ſen/
ſum. ſed per intellectum apprehēdit hoc nō
fit ꝑ memoriam. quia memoria talia non re
ſeruat. ſed intellectus cōuertit ſe ſup ea que
habet apud ſe. ⁊ ea reducit ad actuȝ que ha
bet in habitu. Iſte autem habituſ manet
actualiter apud intellectum potentialeȝ qui
eſt locus ſpecierum vniuerſalium. vnde et
vniuerſalia ſpeculata remanent apud ipſuȝ
tanq̄ȝ in loco ſue gnātionis etiam actu quā
do illa non conſiderat. Intellectus autem
potentialis ad has ſpēs quas ſic hȝ apud ſe
conuertitur. vel ab eis auertitur quādo vo
luerit. Ultimo notandum ꝙ memoria po
nitur in poſteriori parte celebri qui locus ē
ſiccus propter neruos motiuos qui oriūtur
ex ipſo.

De vi ſenſibili ⁊ motiua. Cap. 41.

Sequitur de vi ſenſibili motiua. hec
mouet quandoqȝ ſpiritualiter. quā
doqȝ corporaliter. Primo mō dici
tur appetitiua que mouet dupliciter. aut di
ligendo. aut odiendo. ⁊ diuiditur in concu
piſcibilem ⁊ iraſcibileȝ per quas appetit aīa
bonum. vel inſurgit contra maluȝ. Ab his
vero duob⁹. ſ. iraſcibili ⁊ concupiſcibili ori
untur quattuor affectiones. ſ. gaudiū ſpes.
dolor. ⁊ timor. Nam ſi pñs eſt qđ concupi
ſcimus gaudemus ſi abſens eſt ſperamuſ.
Similiter ſi pñs eſt de quo iraſcitur dole/
mus ſi abſens eſt timemus. Senſualitas
autem eſt vis anime ſenſibilis motiue. ⁊ ad
idem mouet ad quod concupiſcibilis ⁊ ira/
ſcibilis. Senſualitas enim appetit. que
delectabilia ſunt corpori. ac nociua refugit.
Differt autem ſenſualitas a cōcupiſcibili ⁊
iraſcibili. quia ſenſualitas magis coniungi
tur corpi. ⁊ ſicut in brutis ita in homine nul
la lege ſtringitur. quin ſemper in appetitus
rerum ad corpus pertinentium moueatur.
Sed concupiſcibilis ⁊ iraſcibilis iungitur
rationi. ⁊ prout ſunt in homine frenantur
rationi. ac reguntur virtutibus que fundā
tur in ipſis. Eſt enim temperantia in cō
cupiſcibili. ⁊ fortitudo in iraſcibili. ⁊ ſic de
alijs ſecundum ꝙ vis motiua ſenſibilis mo
uet corporaliter. ſic diuiditur in virtuteȝ na
turalem. vitalem. ⁊ animalem. quarum pri
ma ſitum ſuum habet in epate. vt in proxi/
mo principio. cum primum principium eſt
cor. Secunda in corde. tertia in capite. vt i
proximo principio. tamen primum princi/
pium eſt cor. Uirtus naturalis eſt motiua
humorum. vitalis motiua pulſuuȝ. anima
lis eſt motiua membrorum. Dicimus ꝙ vir
tus naturalis eſt motiua humorum mediā
tibus artherijs ⁊ venis que radicantur in
epate ſm Galienum. ſed ſm Ariſtotelem
radicantur in corde. ⁊ hoc per ſpiritum na
turalem. Eſt autem virtus naturalis ſub/
ſtantia ſubtilis ⁊ aerea vi caloris i corde ge
nerata hec ſanguinem ad ſingula membra
impulſat. ex quo corpus vegetatur. Uirt⁹
vitalis eſt motiua pulſuum mediātibus ar
therijs que radicantur i corde. Spiritus āt
vitalis eſt idem qui ⁊ naturalis. Idem di/
co in ſubſtantia. ſed differens in virtute. h
per artherias ad membra corporis ſe dif/
fundens viuificat ipſum corpus tanq̄ȝ in/
ſtrumentum. Uirtus animalis eſt motiua
membrorum mediantibus neruis qui ra/
dicantur in capite. ⁊ hoc per ſpiritum ani/
malem. Eſt autem ſpiritus animalis idem
qui ⁊ naturalis. ⁊ vitalis. ſed animalis dici
tur cum ad cerebrum deuenerit. hic ceteris
ſubtilior per neruos ad organa ſentiendi di
rigitur vt ſenſus ⁊ motus ſecundum locuȝ
exinde generetur in corpore animaliſ. Cir
ca vires iſtas deniqȝ ſciendum eſt ꝙ cū vir
tutes animales intendunt. tunc naturales
remittunt. ꝓpter hoc in hoīe dedito ſtudio
vel meditationibus minus opatur virtus
nutritiua ⁊ generatiua. ⁊ augmentatiua. ex
quo pȝ ꝙ cōcupiſcentia carnis domatur in
viro ſtudioſo. Unde ait Hieronymus
Ama ſciam ſcripturaruȝ. ⁊ carnis vitia nō
amabis. Preterea quando virtutes aīales
remittūtur. naturales incēdunt. ſicut patet

in ſomno qui deſcribitur eſſe quies virtu/
tum animalium cum intẽtione naturalium
De potentijs anime rationalis.
Capitulum. 42.
t Ria ſũt in aia ut ait ph⁹. 3°. de aia
ſcilicet potentie. hitus. ⁊ paſſiones.
Potentie quidem ſũt inate. hitus
ãt ſunt acquiſiti vł ĩfuſi. paſſiones vo ſunt il
late vel innate. Hitus eniꝫ ſunt acqſiti. vt
pꝫ in ſcientia ⁊ virtute pollitica. Nã ex fre
quenti ſtudio hõ acquirit ſcientiam et ex fre
quenti bñ agere ſit homo bonis bonitate v
tutis pollitice. Sunt ⁊ hitus quandoqꝫ nõ
ꝑ acquiſitionem. ſꝫ ꝑ infuſioneꝫ. ſicut ſapi a
fuit infuſa Salo moni. ⁊ virtutes theologi
ce auferunť quottidie ꝑuulis in baptiſmo ⁊
etiam penitentibus in iuſtificatione ⁊ ex ac
tibus non generanť tales habitus. ſed po/
tius ex talib⁹ habitibus eliciuntur boni act⁹
ex potentijs. vnde in hitibus acquiſitis ſe
quitur. quales ſunt actus tales ſunt habituſ
ſꝫ in habitibus infuſis eſt cõtrarium. ſ. qua
les ſunt habituſ tales ſunt actus. Eſt tamen
verum ꝙ ſicut hituſ acquiſiti generantur ꝑ
actus ita ⁊ generantur ꝑ actioneſ. ſed non
meritorias inquantum tales. Paſſiones
autem ſũt illate ab extrinſeco. vocat autem
paſſiones ph⁹ receptiões obiectoꝝ. Sumi
tur ⁊ aliter paſſiones vt dicantur affectio/
nes ſicut dolor timor: ſpes ⁊ gaudium.
De diuiſiõe potẽtiarũ aie. Capitulũ. 43
n Uncad diuiſionẽ potentiarũ aie
accedamus. Ph⁹ 3° de aia igr̃ di/
uidit principalit̃ aie potẽtias in co/
gitatiuã. ⁊ motiuã. quaſ theolog⁹ appellat i
tellectum ⁊ affectuꝫ. ipm ãt affectũ intelligit
voluntatẽ. Potẽtiaruꝫ ãt aie quedã ſũt ſe/
ꝑate a corpore. vt velle. ⁊ itelligere. ſecundũ
quas aia non vtitur corpore. ſed vtit̃ vtẽte
corpore. ſ. fantaſia que ſic hꝫ ſe ad itellectuꝫ
ſicut color ad viſũ ut ait philoſoph⁹ 3° de aia
Quedam vero ſũt vires iſeparabiles a cor
pore. vt vegetabiles. ⁊ ſenſibiles quantum
ad operationẽ. ⁊ quãtũ ad eſſentiã. vt i bru
tis. Sed in hoie ſeparantur vires iſte a cor
pore quantũ ad eſſentiaꝫ. licet aia operationes
eoruꝫ exercere non poſſit extra corpus. In
brutis vero ſimpliciter pereũt quantum ad
utrunqꝫ. Item aia potentias quaſdã hꝫ cõ
uenientes cuꝫ brutis. vt eſt ſenſualitas. ſen
ſus ꝑticulares. ſẽſus comunis imaginatio:
eſtimatio. memoria. Quaſdã hꝫ nõ cões cũ
illis. vt eſt rõ. ⁊ intellectus. ⁊ h⁹ mõi. Item
aia habet vires quaſdã quo ad ſe. vt eſt rõ.
voluntaſ. liberũ arbitrium. quaſdã hẽt qb⁹
corpori ꝑmiſcetur. vt eſt vis naturalis. vita
lis. ⁊ animalis de quib⁹ dictũ eſt ſupra cap.
41. Ex iam dictis patet ꝙ potentie quedam
ſunt organice. quedã non Item ex predictiſ
collige ꝙ aia ratõalis oẽs potentias hꝫ aie
vegetabilis ⁊ ſẽſibilis. ſed non inquantum
rõnalis eſt. Veruꝫ iquantũ rõalis ẽ addit i
tellectum ⁊ liberum arbitriũ ⁊ h⁹ modi. Et
hoc qđ dicit Gregorius. Ois iquit creatu
re aliqd cõe hꝫ hõ. Hẽt nanqꝫ hõ cõe eſſe
cum lapidibus. viuere cum arboribus: ſen
tire cum aialibus intelligere cũ ãgel̃. Quic
quid. n. virtutis aut nobilitatis habere pñt
nature inferiores hñt ⁊ ſuperiores. ſed per
fectiori mõ ⁊ nobiliori propter hoc manife/
ſtatuꝫ ẽ ꝙ oẽs vires qb⁹ cõicamuſ cũ brutiſ
differunt ſpecie. prout ſunt i nobiſ ⁊ i brutiſ
De differentiis potentiaruꝫ ipſius anime.
Capitulum. xxxxiiii.
q Uattuor aſſignãtur diferẽtie vir
tutis intellectiue. Prima dať ſcdm
differentiã nature ſic intellect⁹ diui
diť i agentẽ ⁊ poſibilẽ. ſcda. datur ſcdm dif
ferentiam obiecti. ⁊ ſic diuiditur intellectuſ
in ſpeculatiuum ⁊ practicum. tertia aſſigna
tur ſcdm differentiam dignitatis. ⁊ ſic diui
ditur ratio in ꝑtem ſuperiorem ⁊ iſeriorem
quarta datur ſcdm comparationẽ ad actum
⁊ ſic diuiditur intellectus in habitũ ⁊ in ac/
tum. in habitũ quidem cũ põt intelligere qñ
ualt. In actum vero cuꝫ actualiter ad intel
ligibile ſe conuertit. Differentia vero in/
tellectus in effectu ⁊ eius qui dicitur adept⁹
ſumitur ſcdm maiorem ⁊ minorem ꝑfectio
nem ipſius intellectus poſſibilis. Nã cum
intellectus poſſibilis recipit ſpecies cum lu
mine intellectus agẽtis tunc dr̃ intellectus

in affectu. ⁊ etiã in habitu. Intellectus vo
eum recipit ꝑfecte lumen ſecundum forma/
lem cõiunctionez. tunc vocatur intellectus
adeptus. Diligenter autẽ notandũ ẽ ꝙ om
nes differentie intellectũ iã ꝑdicte ſumun
tur vel ſecundũ actũ. vel ſecundũ habitum
vel ſecundũ modũ intelligẽdi. ⁊ nulla ſumi
tur ſecundũ diuiſionẽ potentie cognitiue.
niſi prima tm̃. ſecundũ quam diuiditur in a
gentem ⁊ poſſibilem.

## De modo cognoſcendi. Cap. 45.

Es cognoſcit aliter deus. aliter an
r gelus. aliter hõ. Ipſe quoqȝ hõ alit̃
cognoſcit deꝰ per intellectũ. aliter ꝑ
creaturas. Intellectus eni diuinus cogno
ſcit res ex ſe ipſo. Intellectus aũt angeli co
gnoſcit res ꝑ ſpẽs ſibi concreatas que ſunt
ſimilitudines rerum. Sed intellectus hu/
manus cognoſcit res per ſpecies abſtrac/
tas. a rebus particularibus per ſenſum pri
us cognitis. Unde ſciendum ꝙ ſicut ſen/
ſus cognoſcit res preſente obiecto. ⁊ ſicut
imaginatio cognoſcit abſente obiecto. ⁊ ta/
men cum appendiƚijs materie ita intellectꝰ
cognoſcit ſine appendiƚijs materie ſub intẽ
tione vniuerſali. Alia igitur per intellectuȝ
aliqualiter cognoſcit omnia ⁊ attingit. Co
gnoſcit enim deum ſupra ſe ⁊ ſeipſam in ſe
⁊ angelos iuxta ſe. ⁊ quicquid celi ambitu
continetur infra ſe. Quid ſit autem moduſ
cognoſcendi deum. nota ꝙ intellectus hu/
manus non cognoſcit deum per abſtractiõ
nẽ ſicut alias res. ⁊ hoc ideo eſt. qꝛ ſimilitu
do abſtracta ſimplicior eſt illo a quo ſit ab/
ſtractio. deo autem nihil ſimplicius ẽ. Alia
ratio eſt quia in abſtractione oportet eſſe ꝑ/
ticulare ⁊ vniuerſale. particulare quidem a
quo ſit abſtractio. vniuerſale aũt. ſ. ſeipſum
abſtractũ. ſed nihil hoꝝ cadit in deũ. Sciẽ/
dum preterea ꝙ per ſenſũ cognoſcimus ꝑ/
ticularia. ſed per intellectum vniuerſalia. ⁊
quando ſe intellectus conuertit ad particu/
lare vt ipſum apprehendat. tunc ſimilitu/
do abſtracta a particulari erit vniuerſalis ⁊
non particularis. Itẽ nihil venit in intellec
tum niſi per ſenſum. ⁊ hoc ſit duobus mo/
dis. ſ. vel ſimpliciter. vel per accidens. ſim
pliciter quidẽ vt quando intelligimus ſen/
ſibilia prius per ſenſum apprehenſa. Per
accñs autẽ. vt quando intelligimus inſen/
ſibilia ꝑ effectũ. Notandũ eſt ẽt ꝙ aliud eſt
rem per cognitionem in intellectum veni/
re ⁊ aliud eſt in re iã intellecta verſari. quia
tunc cognitio rerũ per ſenſum venit in in/
tellectum. ſicut dictum eſt. ſed cum intellec/
tus iã apprehendit. tunc delectatur ⁊ nego
ciatur in illa. etiam ſine ſenſus adminiculo
ad cognoſcendũ iſta plenius nota vtrunqȝ
veꝝ eſſe. ſ. ꝙ particularia cognoſcunt̃ per
vniuerſalia ⁊ econtra. vniuerſalia cogno/
ſcuntur ꝑ particularia iſtđ ſic pȝ. qꝛ duplex
eſt vniuerſale. vnũ. ſ. prout eſt abſtractũ. ⁊
aliud confuſum videlicet ſecundũ ꝙ ẽ in ꝑ
ticulari. Dicimus ergo ꝙ ad cognitionem
vniuerſalis abſtracti venimus ꝑ particula
ria. ſicut pȝ in pueris in quibus prius opa
tur ſenſitiua qȝ intellectiua. quia prius co/
gnoſcunt particularia ꝑ ſenſuȝ ⁊ poſtea vni
uerſalia ꝑ intellectũ. Sic ⁊ philoſophi inue
nerunt modũ argumentandi ꝑ inductionẽ
quia ex multis ꝓpoſitionibus ꝑticularibus
vnã concluſionẽ faciunt vniuerſalẽ h̃ mo/
do. Socrates ẽ animal. Plato eſt animal.
Cicero eſt animal. ergo oĩs hõ ẽ aĩal. Ecõ
trario ẽ in vniuerſali confuſo. qm̃ per taleȝ
vniuerſalẽ venimus in cognitionem parti
cularium. ſicut pȝ quando videmus hoĩeȝ
a remotis. tunc nõ cognoſcimus. niſi eius
ſubãm corpoream. ſed poſtea per motũ cer
nitur eẽ aĩal. dũ vero magis appropinquat
cernitur eſſe hõ. tandẽ cognoſcitur eſſe pe/
trus. Nota ꝙ ſecundũ phm̃ in libro de ſen
ſu ⁊ ſenſato plura ſcire poſſumus. ſed vnũ
ſolum intelligere. qm̃ ſcire dicit habitum ꝑ
quem plura ſcimus. intelligere autẽ dicit ac
tum qui non poteſt in intellectũ eſſe dupli/
catus. intellectus enim ad vnũ ſolum ſe po
teſt actualiter conuertere. ⁊ hoc pȝ ꝙ quan/
do quis agit duos actuſ rationiſ ſimul vno
tẽpore vnus ẽ intellectus ⁊ alius memorie
ſiue cõſuetudinis. verbi grã. Aliquis dicit
horas ⁊ querit in libro concordantias. vel

numerat denarios. vnum illorum. ſ. querere concordantias eſt actus intellectus: ſed aliud. ſ. dicere horas eſt actus memorie. ſicut etiam animal brutum ſine regimine intellectus vadit ad domū ad quā ſepe viuit. Itē nota q ad itelligentiā rei nō regrit pn̄tia rei itelligibil': ſed pn̄tia ſilitudinis ei9 tm̄ qr res nō cognoſcunt eſſentia: ſed per ſilitudinē. ꝛ inde eſt q intellectus apprehēdit remota ſicut propinqua.

De itellectu agēte ꝛ poſſibili. Ca. 46

cordiam inducit remiſſionem ⁊ negligẽtiã.
vel ſuadendo largitatem inducit prodigali
tatem. ⁊ ſic de alijs. In talibus autem peri
culoſiſſimum eſt. periculum non videre.
Primam ps. appellat timorem nocturnũ.
per noctem enim aduerſitas deſignatur.
Secundam appellat ſagittam volantem i
die. quia per diem proſperitas deſignatur.
Tertia in appellat negocium perambulãs
in tenebris. ⁊ hec propter dubium perplexi
tatis. Quartam vocat demonium meridia
num. vnde dicit. Nõ timebis a ti. no. a. ſa.
vo. in di. a nego. perã. in te. ab incur. ⁊ de
mo. merc. De his quattuor generibus ten
tationum idem ait. Super aſpidem quo ad
primum. ⁊ baſiliſcum. quo ad ſecundum. ⁊
conculpabis leonem. quo ad tertiũ. ⁊ dra
conem quo ad quartum. Propter predic‑
tas tentationes vel deceptiones diaboli nõ
ſunt etiam licita facienda ⁊ hec in quinqꝫ ca
ſibus. Primus ẽ ſi ſuadet homini aliquod
bonum non faciendum ne videamur ſuis
conſilijs conſentire. vnd' xps ipſo ſuadente
voluit facere panem de lapidibus. quod tñ
opus bonum fuiſſet. Secundus ſi propo‑
natur aliquod bonum contra legẽ dei. Vn
de Machabei nolebant comedere carnes
quas tempore neceſſitatis comedere licuiſ‑
ſet. Tertius quando bonum fit cum ſcan‑
dalo aliorum prima Corinth. 8. Peccan‑
tes i fratres ⁊c. loqtur de idolaticis. Quar
tus eſt quando bonum fit per oſtentationẽ
Job. ca. 36. Si oſculatus ſum manum me
am que eſt iniquitas maxima. ſuper qd' di‑
cit Grego. Manum ſuam oſculatur qui
laudat quod facit. ⁊ hec eſt iniquitas maxi‑
ma. Quintus cum impedit obedientiam
ſuperioris. quia licet propter mãdatum pre
lati nunqꝫ malum debeat fieri. poteſt tamẽ
bonum aliquando propter obiam remitti.
Remedia contra tentationes memoria do
minice paſſionis. mortificatio carnis. vtile
exercitium. declinatio occaſionum. concul‑
catio principij tentationum.

Explicit liber ſecundus.

Incipiunt capitula libri tertij.


| | |
|---|---|
| De malo in genere | Cap: |
| De peccati diffinitione. | 2. |
| Quid ſit peccatum ſecundũ rem. | 3. |
| Quid ſit peccatum ſecundum nomen. | 4. |
| De origine peccati. | 5. |
| De viſione peccati. | 6. |
| De effectu peccati. | 7. |
| De peccato originali ſecundũ rem. | 8. |
| De peccato originali ſecundũ nomen. | 9. |
| De primis motibus. | i0. |
| De moroſa delectatione. ⁊ conſenſu pec‑cati. | ii. |
| De peccato veniali. | i2. |
| De effectu peccati venialis. | i3. |
| De ſeptem vitijs capitalibus in ſpẽ. | i4. |
| De ſuperbia. | i5. |
| De inuidia. | i6. |
| De ira. | i7. |
| De accidia. | i8. |
| De auaritia. | i9. |
| De gula. | 20. |
| De luxuria. | 21. |
| Quomodo ſeptem vitia ſunt venialia vel mortalia. ⁊ primo de ſuperbia. ſiue vana gloria. | 22. |
| De inuidia quõ ſit mortale vl' veniale. | 23. |
| De ira quõ ſit mortale vl' veniale. | 24. |
| De accidia quomodo ſit mortale vel ve‑ | |

niale. 25
De auaritia quō ſit moꝛtale vel veniale. 26
De Gula quō ſit moꝛtale vel veniale. 27
De Luxuria quomodo ſit moꝛtale vel veniale. 28
De peccato in ſpiritum ſanctum. 29
De peccato coꝛdis. 30
De peccato oꝛis. 31
De peccato operis. 32
De peccato omiſſionis: 33

Expliciunt capitula. Incipit liber tertius:

De malo in genere.

Capitulum primum;

m

Alum triplex ē. culpe pene ⁊ dāni. quod opponitur triplici bono .ſ. honeſto. delectabili. ⁊ vtili. Naz culpe opponitur honeſtū. pene opponit̄ delectabile· dāno opponitur vtile. Malum eſt vtile multis modis. Primo ꝓpter ſuaz oꝛdinationē. q2 per vilificationē ponitur in loco inferioꝛi in vniuerſitate rerum: vnde ⁊ bene oꝛdinantur. ⁊ ſicut ⁊ oꝛdinate ponitur diabolus in inferno ⁊ fur in patibulo. Scdo modo vtile eſt ꝓpter ſuam coactionez. Amaritudo. n. conſcie cogit hoiem a pctō recedere. Jere 2. Arguet te malitia tua. et auerſio tua increpabit te. Item in eodem. Vide q3 malum ⁊ amarū eſt te dereliquiſſe dn̄m deum tuum Tertio eſt vtile per ipſius mali conſiderationē. ex eo. n. ꝙ homo malum videt naturaliter proficit. q2 ſicut homo naturaliter bonum appetit. ita naturaliter hoꝛret. malum ⁊ fugit.

De peccati diffinitione. Cap. 2.

Oſt malum in genere ſequitur de malo culpe in ſpecie. Diffinitur aūt peccatum multis modis. Primo ſic ab Aug. Peccatū eſt voluntas retinendi vel conſequendi qđ iuſtitia vetat. Itez ab eodem. Peccatum eſt dictū vel factū vel cōcupitū cōtra legē dei. Itē Amb. Peccatū eſt preuaricatio legiſ diuine ⁊ celeſtiū inobedientia preceptoꝝ. Itē Aug. peccatū ē ſpreto incōmutabili bono rebus mutabilibus adherere. Prima diffinitio datur ſm cām efficientē· 2ᵃ ſm cām mālem. 3ᵃ ſm cām foꝛmalē. 4ᵃ ſm cām cām finalē. In q̄rta diffinitione nota ꝙ in pctō duo ſunt. ſ. auerſio a creatoꝛe. ⁊ conuerſio ad creaturā. quoꝝ primū eſt quaſi foꝛmale. ſcdm quaſi materiale Et in actione nō eſt peccatū ratione cōuerſionis ſi non ſiſtatur in creatura. ſed ratione auerſionis in qua eſt defoꝛmitas ⁊ ꝯtēptus Et aūt rōne ꝯuerſionis non ſit peccatū principaliter pᵭ. q2 poteſt fieri venialiter quandoq3. vt quādo quis delectatur in creatura plus debito. ſed tñ circa deū. qn̄q3 etiā quis poteſt delectari in creatura ſine oī pctō. vt cum delectatio naturalis eſt tm̄. ſm ꝙ viſus delectatur in viridi: ⁊ guſtus in dulci: ⁊ ſic de alijs. Interdū pōt etiā qs delectari meritoꝛie. ſ. qn̄ ad deum refertur. vn̄ ps. 91. Delectaſti me dn̄e in factura tua ⁊c̄. Sed tūc ſumitur delectatio pro motu nō pro paſſione.

Quid ſit peccatū ſm rem.

Capitulum. 3.

t

Enendum ē de peccato ꝙ nō ē ſba vel res aliqua: ſed defectus ⁊ coꝛruptela. Et dicitur peccatū nihil propter tria. Primo ꝓpter defectū q2 peccatum nō eſt aliqua res naturalis: ſ3 coꝛruptio boni. Secundo ꝓpter effectū. q2 peccatū annihilat hoiem. ⁊ deficere facit a vero eſſe. Tertio ꝓpter deſpectū: q2 vilem facit hoiem ⁊ indignū premio. Circa predicta tñ ſciendū eſt ꝙ aliud eſt peccati actus ⁊ aliud hitus· ⁊ aliud macula peccati actus aliquid eſt. ſed non h3 amplius eſſe adueniente gratia: ſed peccati habitus qui relinquitur ex malis actibꝰ aliquid eſt ⁊ remanet interdū etiam ceſſantibus actibus ⁊ poſt infuſam gratiā ⁊ peccati remiſſionē. peccati vo macula nihil eſt ſm rem· ⁊ tñ defoꝛmat aiam ꝑ modum paſſionis: ſed priuationis: ſicut truncatio membri defoꝛmat coꝛpus ⁊ maculat. Dicit autez Auguſtinus ꝙ abſtinentia nulla ſubſtātia

eſt: ꝛ tñ ex ea corpus languet. Ita peccatum
non eſt res aliqua vel ſba aliqua ex eo tñ na
tura corrumpitur. ſed deletur per gratiam.
Notandum preterea ꝙ peccatum quãdoqꝫ
trãſit actu ꝛ remanet reatu. ſicut patet in pec
cato originali poſt baptiſmũ. quãqꝫ tranſit ac
tu ſimul ꝛ reatu. ſicut peccatuꝫ actuale poſt
pniam pfectam. quandoqꝫ remanet actu et
reatu ſicut peccatũ originale ante baptiſmũ

### Quid ſit peccatuꝫ ſm nomen. Ca. 4

PEccatũ. n. habet multa noĩa. voca
tur macula. ꝛ hoc qꝛ imaginẽ anie
deformat. Itẽ reatus: qꝛ ad penã
eternã obligat. Itẽ pollutio: ꝛ hoc ĩquantuꝫ ad
contagionẽ contractã ex terrena delectatiõe.
Item vocatur pena inquantum reſpicit pecca
tum primi hominis. in quo natura noſtra
fuit corrupta. Idẽ delictũ ſm ꝙ eſt receſſus
a dignitate gratie habite. Item vocatur cul
pa prout reſpicit ad penã. Item offenſa. et
hoc qꝛ contra diuinã legem ꝛ bonitatẽ. Itẽ
preuaricatio. ꝛ hoc inquantum mandatum
dei reſpuitur. Item vitium. id eſt defe/
ctus bonorum naturalium. Item peccatuꝫ
prout eſt conuerſio ad bonum cõmutabile.
Item vocatur ſcelus propter iniuriam dei
magnã. Itẽ nephas prout eſt illicitum per
ſone perpetratũ. Item vocatur crimen, put
eſt dignum accuſatione ꝛ pena.

### De origine peccati. Cap. 5

QUãuis peccatum ſit contrarium ip
ſi bono: non tñ habet eſſe niſi in bo
no. quod q̃dem bonum eſt liberum
arbitrium ac voluntas a qua peccatum ſicut
a prima origine ꝛ in qua eſt ſicut in ꝓprio ſu
biecto. Voluntas igitur eſt cauſa peccati cã
dico nõ efficiens. ſed deficiens. Voluntas
eniꝫ ſm ꝙ habet reſpectũ ad ſuum principi
um a quo eſt. ſ. ad deuꝫ non eſt nata elicere
ex ſe niſi bonum: ſed ſm reſpectum ad prin
cipium ex quo eſt quod eſt nihilum inclinat
ad malum cũ ipſa voluntas ſit ex nihilo ten
dit ad defectum. Si ergo volumus ſcire vn
de ſit malum culpe materialiter. dicemus ꝙ
ex abſentia debiti boni. ſ. ſpẽi. modi ꝛ ordiſ
Sed ſi volumus ſcire vnde ſit originaliter.
dicemus ꝙ a voluntate ſiue libero arbitrio
De progreſſu peccati nota ꝙ peccatũ initiat
primo in cogitatione. ꝓcedit ꝛ creſcit in de/
lectatione. perficitur in conſenſu. Circa pro
greſſum peccati ſciendum ꝙ quedam antece
dunt ipſum peccatum. quedam ſequuntur.
quedam circunſtant peccatum antecedunt
aliqua ex parte euerſionis. aliqua ex parte
conuerſionis. Ex parte auerſionis ãtecedũt
ipſum peccatum iſta. ſ. Contemptꝰ. Omiſ
ſio. Ingratitudo. Inobedientia. Preua/
ricatio. Illa vero que peccatum ãtecedunt ex
parte conuerſionis ſunt hec. ſ. Cogitatio.
Libido Concupia. Delectatio. Peruerſa
intentio. ꝛ conſenſus. Alia ſunt que ſequũ
tur peccatum. ſicut eſt macula. i. deformatio
imaginis dei. ꝛ reatus. i. obligatio. ad pe/
nam eternam. Sunt ꝛ alia que peccatũ com
mittantur: vt ſunt peccatoruꝫ circunſtantie
que peccatum aggrauant ꝛ diminuunt que
notantur in hoc verſu. Quis. quid. vbi. p.
quos. quotiens. cur quomo: quando. Actio
enim deprauatur etiam per peccatum. etiaꝫ
illa que de genere bonorum eſt. quandoqꝫ
in principio. quandoqꝫ in medio. quando/
qꝫ in fine. ꝛ hoc per malam intentionem vel
per negligentiam vel per vanam gloriam.
Unum peccatum dicitur maius altero mul
tis modis. ſ. cauſalitate. vt peccatum luciſe/
ri. vel generalitate vt peccatum Ade vel de
formitate vt peccatum Iude. vel difficulta/
te vt peccatum in ſpiritum ſanctum. vel pe/
riculoſitate ſicut peccatum ignorantie. vel
inſeparabilitate vt peccatum cupiditatis. vt
pronitate vt peccatum carnis: vel offenſio/
ne vt peccatum idolatrie. vel expugnandi
difficultate. vt peccatum ſuperbie. vel men
tis cecitate vt peccatum ire. Circa peccati
grauitatem nota ꝙ nihil eſt peccatum viro
perfecto ꝙ non ſit peccatum in imperfecto.
niſi in his que nouit. Nam perfectio non
mutat genus peccati ſed quantitatem auget

### De diuiſione peccati.

iuiſio peccatorum multiplex eſt.
d Alia eſt enim. ſecundum cauſam efficientem ſecundum ſe vt hec. peccatorum aliud eſt ex impotentia aliud eſt ex ignorantia. aliud ex malitia. Alia ſumitur ſecundum cauſam efficientem ratione annexi ſecundum quam ſumitur hec diuiſio. peccatorum aliud eſt ex amore male accendente. aliud ex timore male humiliante. hoc eſt q̇ homo potius vult peccatum committere qꝫ amato carere. aut malum pene quod timet incurrere. Sumuntur peccatorum etiam diuiſiones ſecundum cauſam materialem circa quam. ⁊ ſecundum cauſam formalem circa qꝫ primo ſumitur. hec diuiſio peccatorum. aliud eſt cordis. aliud oris. aliud operis. Item hec. Peccatorum aliud locutionis aliud cogitationis aliud operationis: Secundo modo ſumitur ſic. Peccatorum aliud eſt in deum. aliud in ſeipſuꝫ aliud in proximum. In deum diuiditur ſic aliud in patrem. aliud in filium. aliud ī ſpiritum ſanctum. Alijs tribus modis peccatur ſcilicet male per infidelitatem de deo ſētiendo. Item blaſphemando. Item ſacramenta dei indigne tractando. Alio modo peccat quis in deum ſcilicet ipſum tentando. ⁊ hoc fit tripliciter. Nam quandoqꝫ tētat quis dei potentiam. vt cum ſigna petit quandoqꝫ dei iuſticiam vt cum per candēs ferrum vel per duellum vel ſimilia quis iudicium querit quandoqꝫ dei miſericordiaꝫ. vt cum quis dei bonitatem examinans cōmittit ſe ſtultis periculis. In ſeipſum peccat quis tribus modis ſimiliter ſcilicet neceſſaria ſibi ſubtrahendo. Item ſuperflua ſumendo. Item vltra vires quicpiam aggrediendo in proximum peccat etiā quis tripliciter proximo ſua auferendo. Item ſibi in neceſſitate non coicando ſua. Iteꝫ malo exēplo illū ad peccatū trahendo. Sumūt̄ preterea diuiſiones peccatoꝝ ſcdꝫ cauſā formalē. ⁊ hoc tribus modis. qn̄qꝫ naturaliter ſecundū qualitatē vel ſecundū quātitatē vel ſecundū relationē. Secundū qualitatē ſumitur hec diuiſio peccatoꝝ aliud ē cōmiſſi. aliud eſt delicti. quoꝝ primū ē preuaricatio preceptoꝝ negatiuoꝝ ſecundū ē preuaricatio preceptoꝝ affirmatiuoꝝ. Itē predictum peccatū eſt duplex contra duas ptes iuſticie que ſunt declinare a malo. ⁊ facere bonuꝫ. Itē alia diuiſio ſumitur ſecundum qualitatem ſic peccatoꝝ quedā ſunt carnalia quedā ſpiritualia. ſed carnalia ſunt maiores infamie ſpiritualia vero maioris culpe. Secundum quantitatem ſumitur hec diuiſio peccatorum aliud eſt mortale aliud eſt veniale. quoꝝ primum dicitur peruerſio. ſecunduꝫ vero inordinatio. quoniam peccatum mortale eſt auerſio totalis a bono. cōmutabili ⁊ conuerſio totalis ad bonū incommutabile.

Sed peccatum veniale eſt amor voluptatum in creatura citra deum. tamen ſecundum relationem ſumitur hec diuiſio peccatorū. aliud eſt originale. aliud actuale. Vltima diuiſio eſt ſecundū cauſaꝫ finalē. ⁊ hoc dupliciter. quia vel ſecunduꝫ ipſū appetibile. vel ſecundū actum hominis appetentis:

Secundum ipſū appetibile ſumitur hec diuiſio. Omne quod in mundo eſt aut eſt concupiſcentia carnis aut cōcupiſcentia oculorū. aut ſuperbia vite quoꝝ primuꝫ eſt appetitus delitiaruꝫ. ſecundū appetitus diuitiaruꝫ. tertiū eſt appetitus honoruꝫ. Secundū actū hominis appetentis diuiditur peccatū in ſeptē vitia capitalia. Superbiā. Inuidiaꝫ. Iram. ⁊ Accidiā. Auaritiaꝫ. Gulam. ⁊ Luxuriam. Nota q̇ quinqꝫ ſunt genera operum. Nam quedam ſunt mala in ſe. vt illa que ſecundum ſuam naturam mala ſunt poſſunt tamen per aliquam circunſtantiam fieri bona vt homicidium.

Quedam ſunt mala ſecundum ſe vt illa que per nullam circunſtantiam poſſunt fieri bona ſicut eſt odire deum fornicari. ⁊ huiuſmodi. Quedam ſunt bona in ſe vt que ſunt bona ex genere tamen poſſunt fieri mala ex circunſtantia ſicut ē dare

elemoſynam. Quedam ſunt bona ſcðm ſe.
vt que ꝑ nullã circunſtantiam poſſunt fieri
mala. ſicut eſt diligere deum ex charitate.
Quedam ſunt in dĩa. vt que nec bona nec
mala ſunt pñt tñ fieri vel bona vel mala. ſic
eſt mouere pedem ſine liberatione. vel quã
doqꝫ comedere.

## De effectu peccati. Cap: 7.

Ulta mala facit hõi peccatum. ⁊ an
m te mortem ⁊ in mortẽ ⁊ poſt mortẽ
ante mortem peccatum hec mala o/
peratur. Naturalia vulnerat. vt ſignificat
in illo qui incidit in latrones. Item intellec
tus obſcuratur in cognitione veri. ⁊ affect⁹
tepeſcit in operatione boni. Gratuitis ſpo
liat. Tre. quarto diſperſi ſunt lapides ſan/
ctuarij ⁊c. Sed ne aliquod bonum pareat
illa bona opera que quis peccando mortifi
cat alijs ſaluandis dabuntur. ſicut quando
corporali morte quis moritur fratres ⁊ pro
pinqui in bonis eius ſuccedunt. aĩam ma/
culat. Tre. quarto. Denigrata ẽ ſuper car
bones facies eoꝝ ad penam eternã obligat
Geñ. ſecundo. Quacunqꝫ die comederiſ.
itẽ conſcientiã amaricat. Iere. ca. 2°. Vide
q̄ꝫ malum ⁊ amaꝝ eſt te dereliqſſe deũ tuũ.
Cor indurat prouer. ca. 18. Peccator cum
in profundum peccatoꝝ venerit cõtemnit.
Inſenſibilem reddit Geñ. ca. 19. Viſus ẽ
ei quaſi ludens loqui. Simile habes in ca/
ne ſubmergendo qui non ſentit. lapidẽ in
collo. donec in aquam extra nauẽ ꝓijciatur
animã occidit. quia vera vita. i. deo priuat.
p°. Reg. 31. Saul irruit in gladium ſuũ.
Sed nota ꝙ peccatum veniale diſponit ad
mortem. Mortale vero dat infert mortem.
ſed obſtinatio detinet in morte. ad alia pec/
cata trahit Grego. Peccatum quod ꝑ pe/
nitentiam non diluitur mox ſuo pondere
ad aliud trahit. Exemplum habemus in
Chaym. qui egreſſus in agrum occidit fra
trem ſuum. abel. Exemplũ hẽs in figura.
Coruus egreſſus de archa intercoptus eſt
aquis. Et dina egreſſa vt videret ⁊c. vir
ginitatem amiſit. Et iudas egreſſus xp̄m
tradidit. Et poſt adulterium Dauit ſecu; ã

eſt homicidium. ⁊ ſic pꝫ ꝙ peccatum ẽ pena
peccati. Peccatum enim ſecundũ ꝙ in ſe ẽ
culpa precedentis peccati dr̃ pena ⁊ ita dici
tur aliquid ſimul culpa ⁊ pena: ſed rõne ac/
tionis culpa dr̃ vero pena rõne paſſionis:
quia culpa eſt quod facimus. pena vero qð
patimur. Licet igitur oĩs culpa ſit a nobis.
non tamen oĩs pena ẽ a nobis. immo que
daꝫ ẽ a nobis facta. quedã a deo inflicta que
dam a primis parentibus contracta. Et qꝛ
cum quis facit quod non dꝫ iuſtum eſt peti
quod dꝫ. Ideo oĩs pena eſt iuſta ⁊ a diuina
ꝓuidentia ordinata. Quod aũt vnum pec
catum naſcatur ex alio ſic apparet. Supbia
que vult oẽs excellere dolet ſi aliquis ei eq̄
tur. ⁊ ſic ex ea naſcitur inuidia. Inuidia ve
ro qꝛ de facili iraſcitur ei cui inuidet ideo ex
ea naſcitur ira. ſed ira cum non põt ſe vin/
dicare triſtat. ⁊ iõ ex ea naſcitur accidia. ac
cidia vero conſolationẽ querens in exterio
ribus facit auaꝝ. auaritia autem quia in tẽ
poralibus abundat põt magis exercere gu
lam. Gula vero ꝓpter ventris repletionẽ
de facili ſpumat in libidinem ⁊ ita generat
luxuriã. itẽ bona que fiunt in fructuoſa red
dit. ⁊ quantũ ad meritũ ⁊ q̄ꝫtum ad premiũ.
ſicut ramus preciſuſ ab arbore nõ ꝓfert fru
ctum. ſed areſcit ⁊ habilitatur ad incendiũ.
De talibus dr̃ deutero. cap. 28. Maledic/
tus eris ingrediens ⁊ egrediens. ſ. eccleſiã
materialem ad orandum. quia talium orõ
non eſt meritoria. immo dicit᷑ Aug. ꝙ ſi ta
les crucẽ ſe ſignant potius includit in ſe dia
bolum q̄ꝫ excludant. quia iam in eis per ef/
fectum habitat. Ex homine in infernum fa
cit quia ĩ peccatore ẽ ignis auaritie. fetor lu
xurie. tenebre ignorantie. vermis conſcie.
ſitis concupiſcentie. demones per effectuꝫ.
⁊ huiuſmodi. Item tandem hominem reli
quit vacuum Geñ. ca. i. Terra erat in na
uis ⁊ vacua ⁊ merito. quia mundo adherẽ
tes ſuggunt vbera arida eo ꝙ reliquerunt
fontem vite ⁊ venam aquarum viuentium
⁊ palludibus turbidis ſe ſatiant. Item fal/
lendo decipit ſic lignum putridum de no/
cte lucens. ⁊ ſic eſca in hammo latens pi/

ſcem decepit. Stultum hominē demōſtrat.
q: peccando quis ſibi onus ad ſe deprimē/
dum iponit. ꝛ ligna ſuper dorſum ſuuꝫ cre
manda colligit. ꝛ illi ſeruit qui eum ꝓ ſerui
tio torquebit. Aug. Stultum eſt in tali ſta/
tu viuere i quo quis non audet mori. Sciē
dum q peccatum grauat hoiem in morte.
quia i morte priuatur hō ſolatio viſibilium
que dilerit. ſ. cibo. potu. amicis. rebus. lu/
mine. require. ꝛ ꝓprio corpore. qđ nunq̄ꝫ i
tali forma ſuſcipiet imo vellet habere ſic qñ
ꝓ dimidia parte corroſum eſt a vermibus.
quia ſtupebit aīa peccatoris qñ corpus reſu
mendū videbit. Turbabit peccator in mor
te qñ videbit cōcurſum demonum ad aīam
parentum ad res. Treñ. ca. i. Omnes ini
mici eius apprehenderunt eā inter anguſti
as. Poſtremo videndū eſt qualiter pecca
tum premat hoiem poſt mortē. Cōfuſionē
habebit ex maloꝝ operū denudatione. pro
pheta. Naū. ca. 3. Reuelabo pudenda tua
in facie tua. Exprobrationē xp̄i audiet i iu/
dicio. Mathei. 25. Eſuriui enim ꝛ nō de/
diſtis mihi manducare ꝛc̄. Require ꝛ luce
priuabitur Mathei. 22. Ligatis manibus
ꝛ pedibus mittite eum tenebras exteriores.
Unde nō valebit ei ille cātuſ. Requiē eter
nam ꝛc̄. Suffragijs eccleſie non gaudebit
Iſa. 66. Vermis eoꝝ nō morietur ꝛ ignis
eorum nō extinguetur in infernū precipita
bitur. Exemplum de lapide molari quē an
gelus in apoc. proiecit in mare dicens hoc
impetu mittetur babilon in inferno. Adeo
ꝛ electis ꝛ oibus bonis ſupabitur Math.
25. ite maledicti in ignem eternuꝫ. A ſtatu
penitendi cadet Iere. ca. 8. Tranſijt eſtas
finita ē meſſis. Omnis ſpes miſericordie
precidetur. Iſa. c. 30. Non remanebit te/
ſta vt portetur igniculus. ſ. charitatis de in
cendio aut hauriatur pax aque de fouea. ſ.
diuine miſericordie. Sicut itaqꝫ peccatum
nocet i peccato exiſtenti hac in peccato mo/
rienti ſic quoqꝫ multipliciter nocet peccatuꝫ
ipſum deſerenti ꝛ de illo penitenti. quia glo
riam prime innocentie nunq̄ꝫ recupabit ſi
cut enim corrupta de cetero virgo non erit.
ita ſemel peccās nunq̄ꝫ ſe non peccaſſe gau
debit. Iſtud multis oſtenditur exemplis.
Nā poſt ſenationeꝫ vulneris ſemp manet
circatrix. Iteꝫ qui ſemel furatur ſemper di
fur. Item domus eius domus diſcalciati
dici poteſt. Item ſymon quem dn̄s a lepra
mundauit pᵘ mundationē ſemper vocatur
ſymon leproſus. Itē templum quod reedi
ficatum fuit poſt deſtructionē primi. nullo
modo fuit ſimile in pulchritudine tēplo pri
ori. Id tēporalem penam obligat. Unde
non exibit inde donec reddat nouiſſimum
quadrantē. Item regnum celoꝝ non itra/
bit donec lignum fenuꝫ ſtipulā. i. pena pec
catoruꝫ tam mortalium q̄ꝫ venialium que i
p̄nti ſoluta nō eſt ſuper ipſum cremetur. a
gloria retardat quod figuratum eſt in abſa
lon qui poſtq̄ꝫ patri reconciliatꝰ fuit mā
ſit duobus annis q faciem eius non vidit.
quia tādiu differtur quiſa gloria quouſqꝫ fi
at ſine omni macula ſicut erat in baptiſmo.
Tempus amiſſum ꝛ meritum quod ſibi cō
quirere potuit cum premio nunq̄ꝫ recupe/
rabit. Iere. ca. 26. Qui vendit ad id quod
vendidit non reuertetur. Obſcurat ocul/
tum cognitionis ꝛ hoc propter trabem que
intuſerat propter ſtercora hirundinum que
ipſum excecauerant. vt ſignatur in Thobi/
am ca 2. Unde Auguſ. Oculis egris odi
oſa eſt lux ſicut noctuis ꝛ veſpertilionibus.
Et nota q ad hoc de quodam ceco quem lꝫ
dominus illuminauerit non tamen ſtatim
perfecte vidit. ſed vidit homines quaſi ar/
bores ambulantes affectum reddit trepidū
ſicut in pede vulneratus. etiam ſanatus cla
udicat. ꝛ arbor d loco ſua amota. aliquid
virtutis ammittit. Unde dictum eſt homi/
ni poſt peccatum. Geñ. iii. Spinas ꝛ tri/
bulos germinabit tibi dictuum eſt ſerpen/
ti Geñ. tertio. Supra pectus tuum gradie
ris. Faſtidium homini generat. Numeri.
21. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto le
uiſſimo. Auguſ. Plato non ſano pena eſt
panis. qui ſano eſt ſuauis. Ideꝫ de ſe dixit
poſtquam conuerſus fuit. plus valebit ma
lum inolitum q̄ꝫ bonum inſolituꝫ. Ad bñ

operandum impedit Ben̄.19. Vxor Loth
reſpiciens retro verſa eſt in ſtatuam ſalis
quod ſterilem facit terram. Item in dolore
paries filios ſcilicet bonorum operum ⁊ ſā
ctorum. Ad reſiſtendum tentationibus de
bilitat. Iudic.16. Sanſon poſt crinium ab
ſciſſionem amiſit vires ⁊ arbor leſa per ſe/
curim cito a vento deijcitur. Feruorem mi
nuit charitatis. ſicut eclypſis ſolis diu poſt/
modum nocet terre. eo ꝙ modico tempore
ſibi virtus radiorum ſolis ſubtrahitur. 3°
rē.1. Rex Dauid ſenuerat ⁊ cum operire/
tur veſtibus non caleſiebat. Et aqua calo/
rem ignis innuit vel extinguit. Dolorem
⁊ timorem ſemper infligit. dolorem quidem
quia certus de perpetrata culpa timorem āt
quia incertus eſt de venia Aug. Penitēs
ſemper doleat. ⁊ de dolore gaudeat. ⁊ nō ſe
per doluiſſe doleat. Per peccatum corrūpi
tur puritas liberi arbitrij dupliciter ſcilicet
in agendo ⁊ ſuſcipiendo. In agendo qui/
dem quia non poteſt ſemper facere quod d
bet vel vitare quod nocet. In ſuſcipiendo
autē. quia gratiā ſtabilem non poteſt ſuſci/
pere in hac vita. Item corrūpitur ratio in
hac vita dupliciter. ſ. quantū ad diſcretionē
iudicij inter bonū ⁊ malū. ⁊ quantū ad deli
berationē conſilij inter expediens ⁊ inexpe
diens. Itē corrūpitur affectus dupliciter. ſ.
in ordine ⁊ in modo. qr nec ſemper eſt ordi
natus nec ſemper moderatus. Peccatum
multis nocet. ſ. ipſi facienti ps.50. Pecca/
tū meū contra me eſt ſemper. His qui ſunt
in purgatorio quos non pñt peccatores tā
efficaciter iuuare. ſicut ſi eſſent i grā. Ipſis
dānatis ⁊ hoc per modū coniunctionis quā
to eni plures ſunt in inferno tāto maior hor
ror ⁊ maior pena. Fallit enim in inferno re
gula illa. Solatiū eſt miſeris ſocios habere
penarum. Saluatis ⁊ hoc p modū abſtractio/
nis. Nā ex conſortio ⁊ ſocietate glorificato
rum augetur donū accidentale. Deniqꝫ ip
ſis viatoribus nocet. tā pro eo ꝙ acies eorū
contra demones minuitur in illo qui pecca
tum perpetrat tum pro eo ꝙ alios malo exē
plo corrūpit ⁊ ſcandalizat. Multa mala ſi/
militer eueniunt hōi ex eo ꝙ in peccatum a
quo per penitentiam ſurrexerat reciduat.
Primum eſt. quia homo fit impotentior ad
reſurgendum. Heb.vi. Impoſſibile eſt
eos qui ſemel illuminati ſunt ⁊ guſtauerūt
⁊c. ⁊ prolapſi ſunt iterum renouari. Secun
dum eſt ꝙ vitium fortificatur ad impugnā
dum Auguſ. de ſe loquitur. Plus inquit
valebat malum inſolitum qꝫ bonum inſo
litum. Tertium eſt ꝙ culpa fit difficilior ad
remittendum. Iere. O quam nis facta es
nimis iterans vias tuas. ita etiam noſter ꝙ
vulnus iteratum tardius ſanat. Quartum
eſt ꝙ deus fit difficilior ad placandum. 3°
rē. de ſemei qui ad primam petitionem in/
uenit miſericordiam eo tamen pacto ꝙ ſta/
ret in hieruſalē. ſed quando ſecundario pec
cauit ſine vlla miſericordia occiſus ē. Qui
tum eſt ꝙ diabolus difficilior eſt ad expellē
dum. Luce. cap.xi. Tunc aſſumpſit ſeptem
ſpiritus nequiores ſe. ⁊ ingreſſus habitat
ibi. ⁊ f. no. ho. il. pe. po. Sequitur de cor/
ruptione ſpeciei ⁊ modi ⁊ ordinis. Vnde
nota ꝙ bonitas naturalium comparata ad
animam quam ſpecioſam facit dicitur ſpe/
cies. ſed comparata ad opus quod mundi/
ficat dicitur modus comperata vero ad fi/
nem. ſ. deū ad quē ordinatur dicitur ordo.
Alio modo corruptio ſpē eſt diſſimilitudo
aie ad deū. Nā ſpēs aie eſt ſimilitudo dei.
Corruptio vero modi eſt diminutio exten/
ſionis virtualis ſiue infirmatio potētie que
lex hoc eſt ꝙ anime nō ſuſtentatur cibo ſpi/
rituali guſtando quam ſuauis eſt domin⁹.
Corruptio autem ordinis eſt in anima cum
aſpectus ⁊ affectus deorſū eſt ad creaturas
extra naturalem ſitum. Cum enim hec duo
que ſunt quaſi caput anime ſurſum ſunt ad
deū in naturali ſitu ⁊ ordine ſunt. alioquin
homo erit quaſi euerſus. Alr priuatio ſpēi
eſt deformitas ſiue carentia debite rectitudi
nis voluntatis. Rectitudo autem volunta
tis eſt vt nō declinet a ſuis extremis. ſ. a deo
principio. ⁊ a deo fine. ſ. omnia que habet a
deo principio referat ad deum. Cum e/
nim quis quod hēt ſibi attribuit aut ponit

alium finem q̄z deuz homo iſte curuus eſt.
Item priuatio modi eſt exceſſus proprie vo
luntatis. ſ. cum vult aliquid diuine volun/
tati contrarium. Item priuatio ordinis eſt
auerſio voluntatis a deo ⁊ conuerſio ad cre
aturam. Item aliter creatura rationalis a
ſummo bono eſt ſm̄ triplicem habitudinē
ſ. efficientis. formalis: ac finalis. ⁊ ideo na/
ta eſt agere opera ſua a deo ⁊ ſm̄ deum pro
pter deū. ⁊ hoc ſm̄ modū ſpēm ⁊ ordinem
ſibi initum. Sed q̄m eadem rationalis cre
atura de nihilo facta fuit q̄ztum ad cauſam
materialem potuit deficere in ſuis actionib⁹
vt. ſ. opationes ſue nō eſſent a deo nec p hoc
ne ſm̄ deum nec ꝓpter deū. hoc aūt eſt pec/
catū ipſius ſpēi. modis ⁊ ordis corruptiuū

## De peccato originali ſm̄ rem.
## Capitulum. 8.

Expedito de peccō in genere. dōm
eſt de peccō i ſpecie. ⁊ primo de ori/
ginali ⁊ p⁹ hoc de actuali. licet igit̄
anima non ſit ex traduce. tm̄ originalis cul/
pa ab aīa ade tranſit ad animas poſteriorz
mediante carne per concupiſcentiam generata
Ita q̄ ſic ab aīa peccāte iſecta fuit caro ade.
⁊ prona effecta ad libidinem. ita ſeminata
caro ſecum trahit infectionem ⁊ vitiat aiam
Ex quo patet q̄ peccatum originale eſt in
carne ⁊ eſt in anima. In carne ē maſ̄ialiter
⁊ originaliter. ⁊ in anīa formaliter tanquam
in ſubcō. Sola enim aīa eſt ſuſceptibiliſ v
tutis ⁊ vitij. ⁊ tamen ſic dictum eſt ex coniū
ctione ad corpus corruptiuum trahit ad vi
tium. ſic quando cadit quis in lutum feda/
tur ⁊ maculatur. Talis autem infectio anīe
non tm̄ eſt pena. ſed etiam culpa. Ipſa vero
culpa que macula eſt deletur in baptiſmo.
Pena autē que fomes appellatur ſiue pec/
candi pronitas remanet poſt baptiſmum.
Lz enim curetur in baptiſmo culpa q̄ztum
ad reatum damnationis eterne tm̄ remanet
ipſa pena q̄ztum ad actum ⁊ motum concu
piſcentie: cum qua nos oportet q̄zdiu viui/
mus pugnare. niſi extinguatur concupiā p
grām. qđ tm̄ raro contingit in aliquo homi
ne. qđ dico propter beatam mariā virginez
in qua fuit extincta in conceptione filij per
gratiam ſingularē: Ex predictis pz q̄ per/
ſona corrumpit naturā. econtra natura cor
rupta corrumpit perſonam. Nam per pec/
catum primi hominis corrupta eſt humana
natura. ſed natura ſic corrupta corrumpit
alias perſonas. Notandum autē q̄ corrup
tio perſone eſt reatus mentis. corruptio vo
nature eſt infectio carnis. prout eſt princi/
pium ad carnem alterā. Deniqz nullo mo/
do debet imputari deo infectio anie. lz eam
creando infundat ⁊ vniat cum carne iſecta
q̄m ordinatiſſimū fuit vt humana natura cō
diretur. ita q̄ condita propagaretur. ⁊ pro
peccato puniretur. vnde ſic in cōditione ſer
uatus eſt ordo nature ſic i punitione debuit
ſeruari ordo iuſtitie. Et ita pz, q̄ non eſt cō/
tra diuinam eqtatem ſi ad poſteros culpa trāſ
mittitur. Dicenduz igitur q̄ originalis cul
pe tranſfuſio vel tranſmiſſio non eſt a deo:
nec a natura condita. ſed a vitio primi ho/
minis perpetrato. Et hoc eſt qđ ait Augu:
q̄ peccatuz originale non tranſmittit ad po
ſteros propagatio ſed libido. Sic eni con/
ditus eſt homo vt ſpūs preeſſet corpori ⁊ cor
pus ſubeſſet ſpiritui. ſcz q̄zdiu ille obediret
ſuo conditori. Et ecōtra ſi ſpiritus non obe
diret deo iuſto dei iudicio corpus inciperet
rebellare ſpiritui. Sicut ergo ſi Adam ſte/
tiſſet corpus ſuum obediens ei fuiſſet ⁊ ta/
le ad poſteros non tranſmiſiſſet. ſic Adam
ex quo peccauit ⁊ caro eius facta eſt rebelliſ
oportet q̄ talem ad poſteros tranſmittat. et
q̄ deus ſm̄ inſtitutionem primariam ani/
mam infundat corpori. Ex hoc patet q̄ pa/
ter eſt cauſa originalis peccati in filio. ſz cau
ſam hic intellige in genere cauſe efficientis
Omnes per concupiſcentiam nati naſcun/
tur filij ire propter quod incurrimus multi
plicē defectū tam corporis q̄z aīe ad quos ſb
ſequimur penā mortis ⁊ penam carentie vi
ſionis diuine amiſſionis glīe celeſtis nō ſolū
in adultis verū etiā in paruulis nō baptizatꝭ q

pena mitiſſima inter ceteros puniuntur q: ſolam penam dāni habēt ſine pena ſenſus Originale peccatum ſic curatur per baptiſmū in gente q nichilominus ab eo qui curatus ē tranſmittitur in prolē. ſic videmus q circumciſus generat filiū cū preputō ⁊ granū nudū ſemiatū gñat granum cum palea. Et hec ē ratio. q: homo generat filiū nō ſecundum quod creatus ē in mēte. ſ; ſecūdū qđ corruptus eſt in carne nō ſecundū quod ſpiritualis. ſed ſecundum quod carnalis.

De peccato originali ſecūdū nomen
Capitulum. vi.

Originale peccatu; h; multa noia. ⁊ hoc multiplici de cā. Secđm. n. q originale peccatū compatur ad aia; vocat infirmitas. q: reddit aiam impotentē ad reſiſtendū motibus. Itē feditas: q: per ipm aia maculatur. Itē pronitas ꝓpter cōtinuā inclinationē appetitus ad malū. Ite; corruptio: q: ducit ad nihilū. i. ad peccatum Itē vitiū: q: diminutio eſt bonoꝝ naturaliū Itē langor nature: q: durat in natura corrupta. S; ſm q compatur ad corpus vocatur lex carnis: eo q lege diuina carni ſit iſtitū Itē lex membroꝝ: q: mouet organa ad opa ꝯcupie. Itē tyrānus ꝓpter dānationē quā habet quaſi violentā in ipſa carne concupiſcibili. Ite; fomes. q: ſicut cinis fouet ignē: ita per ipm fouet peccatū in carne ſm actū nutritiue ⁊ gnātiue. Itē ſtimulus carnis: q: ſtimulat carnē ad primos motus: ⁊ aium ad conſenſu;. Sed ꝓut compatur ad actus delectabiles vocatur concupia que ſonat vitiū in actu. ꝓut eſt in adultis. Ite; cōcupiſcibilitas que ſonat vitiū in potētia ꝓut eſt in puulis. Secđm vo q ꝯpatur ad pmū hoiem a quo ꝯtrahitur vocat peccatū origiale. qđ eſt carētia debite iuſtitie hoīs.

De primis motibus Cap. io.

Dm peccatoꝝ aliud ſit actu; aliud ꝯtractū ipm pcēm actuale frequēter a primis motibus h; ortū. Vn̄ ſciēdū q i ſtatu inocentie nō mouebat ſenſualitas niſi ſm motū rōnis. Iō ſtante pmo homie in eodē ſtatu nō poterat in eo eſſe peccatum etiam veniale. Primi motus ⁊ ſi particulariter ⁊ ſigillatim poſſunt declinari: tamē nullo modo omnes poſſunt caueri. q: tot ſūt peccata quot ſūt etiā pene peccati. ⁊ iō merito dicunt venialia. q: hocipſo ſūt digna venia. Primus motus ſic deſcribit: q: eſt motus ſenſualitatis ſm ipulſum fomitis impetuoſe tendētis ad fruitionē creatuqe delectabilis. Duplr primus motus diſtinguitur q̄ſtum ſpec at ad pñtem materiā. ſ. prio primus qui eſt motus naturalis. ⁊ ſcđo prim⁹ qui eſt ſenſualitas. Cum ergo loquimur de primis motibus q ſunt peccata intelligendum eſt de ſecundo primis que ſunt ſenſualitatis. q: primo primi non ſunt peccata: cu; ſint naturales ⁊ extra genus mortis: qđ p; per hoc q tales non ſequuntur imaginationem: ſed ſolummodo naturalium qualitatum actionem. Motus aūt ſecundo primi ſunt peccata. q: ſunt actus ordinati in genere moris: qđ p; per hoc q tales motus ſunt ſenſualitatis: q: ſubiacent aliquo modo dominio voluntatis. Volūtas aūt eſt pricipiū moraliū. vt habetur. 7. ethicoꝝ. Hic eſt q genus moris in principio incipit: vbi inuenitur dominium voluntatis: hoc autē eſt in ſenſualitate. Quis autem per rationē; predictam ſit in ſenſualitate peccatum non tamē erit mortale ſed tm̄modo veniale. q: voluntas non habet plenu; dominium ſuper primos motus qui ſunt ſenſualitatis. ſicut eſt in illis actibus qui ex imperio voluntatis ꝓcedunt. ſed habet in eis dominium incompletum ſicut in illis actibus qui non per imperium rationis procedunt. ⁊ tamen voluntas tales motus ſenſualitatis impedire poterat. ⁊ ideo ſunt peccata venialia. Propter hoc dicit Augu. q peccatum adeo eſt voluntarium. q niſi ſit voluntarium non eſt peccatum. Primi quoq; motus ideo ſenſualitati aſcribuntur. q: taliū motuū pricipium ⁊ ſubiectū. Dicendum ergo q primi motus ſm predicta ſunt peccata venialia triplici ratiōe. Prio quia mouent ad illicitū. Scđo q: ſunt quodāmō voluntarij non ſm ſe: ſ; q: ſicut ſtictum eſt non ipediuntur a volūta

vl'etiã ꝓpter precedentẽ apprehenſionẽ.
Tertio ꝓpter delectationẽ annexã. Cũ eni
aĩa per delectationẽ coniungitur creature ob
tenebratur ⁊ peiorat᷑. ſicut quando coniun/
guntur deo illuminat᷑. ⁊ melioratur. Nota
ꝙ homo pronior ẽ ad malum q̃ʒ ad bonuʒ.
⁊ hoc multis de cauſis. Primo q꜡ ſicut dr̃.
Sap. ii°. Corpus qđ corrũpitur aggrauat
animã trahens illam ad malũ. ⁊ non ſic eri
gens ad bonum. Secundo quia ſicut dicit
Aug. plus valet malũ inſolitũ q̃ʒ bonum i
ſolitum. Tertio q꜡ naturaliter facilius ẽ de
ſcendere q̃ʒ aſcendere. ⁊ vnus magis tra/
hit deorſum decẽ ſurſum. Quarto quia in
citans ad malum delectatio pñs eſt ſemꝑ.
ſed finis virtutum incitans ad bonum ab/
ſcens eſt. Delectabile autẽ apprehenſum ꝑ
ſenſum vel imaginationem quaſi de neceſ/
ſitate mouet concupiam. Quinto q꜡ plures
circunſtantie requiruntur ad bonum q̃ʒ ad
malum. Sexto quia tendimus ad noſtrum
principium. ſ. ad nihilum. Septimo quia
fomes qui mouet ad malũ ſemper ĩtra nos
eſt gloriam vero quã querimus extra nos
eſt. Octauo quia vires anime ſũt actiue ad
diligendum temporalia. ſed paſſiue ⁊ mate
riales ad ea que ſunt gratie ⁊ glorie. vnde
verſus. Quicquid habet meriti preuentus
gratia donat. Nil deus in nobis preter ſua
dona coronat. quia nõ poſſunt haberi vir/
tutes per modum receptionis. Vnde ma/
lum poſſumus facere per nos. ſed non poſ
ſumus facere bonum ſine grã adiutrice.

De moroſa delectatione.

Capitulum. 2.

d Electatio carnalis moroſa peccatũ
eſt mortale. ſed nulla dicitur moro
ſa niſi quando ex conſenſu ratio/
nis eſt. Vñ non intelligitur hic mora tẽpo
ris ſʒ cõſenſus. Sciẽdũ eſt ergo quia delec
tatio ſi ſiſtit citra conſenſum veniale pecca/
tum eſt. ſi vero ꝓcedit vlterius ita ꝙ homo
vult iterius delectatiõe voluptari. nec tañ
vult ĩ opus procedere. talis cõtenſus eſt in
tra mortalia computanduſ. quid maxime đ
bet intelligi in carnalibus peccatis verũ ta
men iſte conſenſus in illecebra duplex eſt
quia conſenſus in illecebra aliquis eſt ſu/
bitus non per prehabitam deliberationem
ſed ex ſola corruptione carnis quam prece
dit appetitus ſenſualitatis ĩ prĩo motu. Ta
lis aũt ꝯſẽſus dr̃ ſubreptio. ⁊ ẽ peccatũ veni
ale. alius conſenſus eſt ĩ delectatiõe motuũ
carnis qui ẽ cum deliberatione rõis. ⁊ iſte
eſt peccatum mortale vt dictũ eſt. Si autem
rõ conſentit. cũ deliberatione que fit ꝑ rõ/
nes diuinas hoc mõ quia oẽ lege dei ꝓhibi
tum eſt vitandum. tunc dicitur peccatũ eſſe
in ſuperiori ꝑte rõnis. ſed ſi deliberatio fit
per ratõẽs humanas vel naturales hoc mo
do omne in quo tranſgreditur mediuʒ vir
tutis eſt vitandum. tunc dicetur peccatum
eſſe in inferiori parte rõnis. Et ſi adhuc ꝓ/
cedit conſenſus vlterius. quando. ſ. ꝓpo/
nit opus conſumare. tunc voluntas ꝓ facto
reputatur etiã ſi facultas deſit ꝑficiendi ip/
ſum opus. ſi vero conſequitur conſenſus ⁊
opus in his que diuina lege ſunt prohibita
peccatum eſt mortale conſumatum. Ex pre
dictis collige diſtinctionem quia delectatio
duplex eſt. ſ. naturalis ⁊ voluntaria. In de
lectatione pure naturali. nec eſt meritũ nec
demeritum. Voluntaria duplex eſt q꜡ alia
eſt in creatore. alia in creatura. Delectatio
que in creatore eſt bona eſt. de qua ps. 75.
Memor fui dei ⁊ delectatus ſum ⁊c. Que
autem in creatura eſt duplex eſt quedã eniʒ
eſt ꝓpter deum. ⁊ hec bona eſt. ſed hic ſumi
tur delectatio ꝓ operatione rationis. non ꝓ
paſſione. de qua ps. 91. Delectaſti me do/
mine in factura tua quedam eſt contra deũ.
⁊ hec ſimiliter duplex eſt quia quedam non
eſt contra deum. ſed preter deum. ⁊ hec pec
catum veniale. quedam vero eſt contra deũ
ſimpliciter que frangitur dei preceptum. ⁊
hec eſt peccatum mortale.

De peccato veniali.

Capitulum. 3.

p Eccatũ veniale minõis ẽ culpe. Nã
in puulis poſt baptiſmum primo
ſurgũt vẽialia, poſtea mortalia. ve

niale aute m peccatuꝫ eſt vt ait Aug. quod
hominē vſqꝫ ad reatū perpetue mortis nō
grauat. ſed penam meretur. ⁊ ſic facile in/
dulgetur. Peccatū veniale ſēper eſt a vo
luntate. ad hoc mouente vel permi tente vł
non ꝓhibente. Peccatum aliquod eſt ve/
niale tribus modis. Primo modo ex gn̄e
ſic verbum ocioſum eſt veniale. Secundo
ex euentu. ſecundum ꝙ ꝑpꝛiam de morta
li ſit veniale. Tertio ex cā vt quando fiunt
quedam ex infirmitate vel ignorantia que
lꝫ qn̄qꝫ ſint mortalia. tamē dn̄r venialia ſi/
ue remiſſibilia ex cōpatione ad peccatuꝫ qꝺ
ſit ex certa malitia. qꝺ eſt irremiſſibile. ⁊ h
veꝝ eſt niſi aliquod ſit mortale ex ſuo gn̄e.
ſicut eſt fornicari, qꝛ tale etiam ſi fiat ex in/
firmitate mortale eſt. Sciendum ꝙ pecca/
tum veniale. nunquaꝫ poteſt fieri mortale.
Ita. ſ. ſi intelligatur idem. Secunduꝫ ſub
ſtantiam. qꝛ prius veniale mortale. fieri nū
q̄ꝫ poteſt. ⁊ hoc nec quantum ad actum. nec
quantum ad maculam. Et rō huiuſmodi ē
qꝛ nulla res poteſt mutare ſuā ſpēm. Pec
catum autem veniale ⁊ mortale ſunt diuer
ſe ſpēs peccati. Verūtū actus qui ex ſe ē
de gn̄e venialis poteſt fieri mortalis quat/
tuor modis. Primo ex conſcientia quia
quicquid ſit contra conſcientiam edificat ad
gehennam. etiam ſi ſit contra conſcientiam
erroneam. ⁊ hec eſt ratio quia cum in pec/
cato duo ſunt. ſ. auerſio ⁊ cōuerſio. penes
primum indicatur peccatum. qm̄ auerſio a
deo eſt quaſi formale. ⁊ conuerſio ad crea/
tum quaſi materiale. Quāuis ergo leuare
feſtucam vel calamum de terra leue ⁊ indif
ferens. tamen quando ſit contra conſcien/
tiam peccatum eſt. quia ſpernitur bonum i
commutabile. ⁊ ita ſit auerſio a creatore.
Secundo ex complacentia. Unde Augu.
Nullum peccatum adeo eſt veniale qꝺ nō
fiat mortale dum multum placet. Tertio ex
diſpoſitione. qꝛ frequenter per lapſum i ve
nialia diſponit homo ad mortalia. ⁊ hoc ſꝫ
illꝺ Grego. Uitaſti ſaxa grandia vide ne
obruaris arena. ⁊ hoc ideo dicit. quia ſepe
de minimis peccatis venitur ad magna. ſi
cut de modica ſintilla quandoqꝫ ſurgit ma/
gnus ignis. Ecc. 19. Qui modica ſpernit
paulatim decidit. Quarto ex progreſſu. qꝛ
quando ſurgit veniale ſi non prohiberetur
poſſet progredi vſqꝫ ad mortale. non quia
ipſum veniale in ſubā poſſet fieri mortale.
ſed quia ex ipſo occaſionaliter poteſt fieri ꝓ
grediendo vſqꝫ ad mortale. Et iſtud pꝫ in
primis motibus qui inter venialia compu
tantur. ſed quando delectatio conualeſcit in
tantum ꝙ conſenſus accedat iam peccatum
mortale eſt. Differentia eſt inter peccatum
mortale ⁊ veniale quia peccatum veniale ē
libido ſiue voluptas in creatura circa deū:
Mortale autem eſt libido ſiue voluptas in
creatura ſupra deum vel eque deo. Rectus
ordo eſt vt bonum incommutabile prefera
tur bono commutabili. ⁊ honeſtum vtili ⁊
voluntas dei voluntati noſtre ⁊ ratio ſen/
ſualitati quando iſte ordo peruertitur. tunc
peccatum committitur. Utrū aliquis poſ/
ſit eſſe vel viuere ſine peccato veniali deuꝫ
eſt in hac vita pn̄ti. Dicendum eſt quod ſi
loquimur de tota vita hominis qui perue/
nit iam ad etatem adultam de excellenti et
ſpeciali grā eſt quod talis ſine veniali pecca
to ſit ſicut beatus Aug. dicit de beata vir/
gine. Si autem loquimur de aliqua parti/
cula vite preſentis ſic poteſt eſſe aliquis ſi/
ne peccato veniali. Iſtud pꝫ per exempluꝫ
quia nauta poteſt ſingula foramina nauis
ad horam obſtruere ne aqua intret. ſed nō
poteſt ſimul omnia obſtruere vt aqua nuſ/
q̄ꝫ intret. vnde charitas etiam perfecta nō
facit ꝙ peccatum veniale non adueniat. ſed
facit ꝙ non duret. Quemadmodum cami/
nus ignis non facit vt gutta aque ſibi non
apponatur. ſed facit vt apposita citius extin
guantur. Perfecta enim charitas ſtatim i
flammat hominēꝫ vt de peccato veniali do
leat ⁊ peniteat quod non facit charitas im/
perfecta. vnde in imperfectis aggregantur
multa venialia. per que ſit ad proſtrationeꝫ
maior diſpoſitio.

De effectu peccati venialis.

e ffectus peccati venialis multiplex
eſt. primus q2 ad penā obligat. nō
autē determinate neqz preciſe obli
gat ad penā eternā vel purgatoriā vel pn̄tis
ſatiſfactionis. ſed ad aliquā illarū penarum
quā ſm̄ forū ecclesie pn̄tis ſatiſfaciat homo
leuiter ſm̄ forum purgatorij punietur gra/
uius. ſm̄ vo forum inferni punietur homo
grauiſſime pro veniali. q2 eternaliter ſi cum
veniali ⁊ mortali deceſſerit. Exemplum ha
bemus de hoc. quia menſura vini q̄ in vno
loco valet ſex dinarios. ſi ducatur vlterius
valet ſedecim. ⁊ ſi ducatur adhuc vlterius
valet duos ſolidos pena tamen illata pro ve
niali in inferno incomparabiliter minor eſt
q̄z illata pro mortali. Vnde ſolet dici q̄ pe/
na illata in inferno pro mortali eſt ſicut ſoli
ditas. illata vo pro veniali eſt ſicut ſuperfici
es. Illata pro veniali in purgatorio ē ſicut
linea. illata pro veniali i preſenti eſt ſicut pū
ctus. Vnde ſic iſta quatuor ſunt inpropor/
tionabilia. ita inter predictas penas magna
eſt differentia. Secūdus effectus eſt q̄ pec/
catum veniale animam maculat: ⁊ ponitur
tale exemplum aliquando enī denigratur
aliqua imago depicta in tantum vt videri
non poſſet aliquando vo ſic obſcūratur vt
videri quidem poſſet. ſed non plene diſcer/
ni. ⁊ ideo propter talem differentiam dicit
Gregorius q̄ veīale obſcurat. mortale ob
tenebrat. De macula vo iſta dicitur q̄ i ſal
uandis omne peccatū veniale deletur a gra
tia finali. ⁊ hoc q̄ztum ad culpam non q̄ztū
ad penam immo illa ſoluetur i purgatorio.
Delet autem peccatum veniale gratia fina
lis in ipſa diſſolutione corporis ⁊ aīe ex vir
tute complexionis ⁊ ſui ſtatus q̄zuis nō ſit
motus contritionis ad illud directus. ſcd̄m
hoc intelligitur verbum Augu. qui dicit q̄
in purgatorio poteſt eſſe abſolutio a pena.
non a culpa. hoc ab antiquis dictū eſt. ſed
nunc cōiter tenetur q̄ peccatum veniale hic
deleratur a multis ⁊ q̄ quantum ad culpā
in purgatorio etiam purgatur. quia domi/
nus dicit de quibuſdam peccatis q̄ non re/
mittuntur neqz in hoc ſeculo neqz in futur

Exponit Gregorius q̄ venialia dimitten/
tur in futuro. q̄ ſi intelligatur q̄ztum ad pe
nam tm̄ tunc expoſitio Gregorij. nulla eſt
q2 etiam mortalia quoad penam purgātur.
que hic ſoluta non eſt. Tertius eſt. quia mi
nuit feruorem charitatis ſicut aqua in igne
proiecta. lʒ ignem non extinguat: feruorem
tamen illius temperat. Quartus eſt q2 po/
tentias anime in boni operibus laſſat. ſicut
quando ponitur pondus ſuper equum minꝰ
erit promptus ad ambulandum. Quintus
eſt. q2 retardat a gloria. q2 homo qui debe/
ret ⁊ poſſe ſtatim euolare ad celū poſt mor
tem cogitur propter venialia ad tempus in
purgatorio expectare. Nunq̄z enim ab ali/
quo facies dei videbitur. donec ſoluat mini
mum quadrantem venialium peccatorum
ſ. per penam. Oportet enim quemlibet ita
mundum eſſe ante introitum paradiſi ſicut
fuerat in innocentia baptiſmali. Sextus eſt
q̄ bona glorie celeſtis diminuit: non qdem
illa que iam debentur ⁊ que iam habemus
ibi per meritum repoſita. ſed que deberen/
tur ſi venialia non fierent. q2 medio tempo
re poſſent aliqua bona fieri quando fiunt:
propterea poſt perpetrationem venialium
oportet nos opera quedā conuertere ad ſo
lutionem huiuſmodi debitorū. per que no
bis deberet creſcere cumulus eterni premij
Septimus effectus eſt q̄ venialia ſepe ſunt
occaſio mortalium peccatorum ⁊ hoc quattu
or modis. ſicut habes ſupra. cap. proximo.
vbi dr̄ q̄ actus qui ex ſe venialis eſt pōt fieri ī
mōtal' quatuor modis. Hoc eſt ētſingula
riter aduertendum q̄ ſic ad remiſſionē pec
cati mortalis exigitur deſertio actus peccan
di cum voluntate in poſterum abſtinendi.
ſic quoqz peccatum veniale in preſenti non
dimittitur. niſi actuum ꝓpoſito deſeratur.

De ſeptem vitijs capitalibus in ſpecie
Capitulum. 14.

Eccatorum actualiū vnum eſt ini
tium duplex radix. triplex fomentū
ſeptiforme caput. Vnum initium
dicitur ſuperbia: iuxta illud Eccleſi. capitu
lo odecimo. Initiū omnis peccati ſuperbia

Duplex radix eſt. timor male humilians: ꝛ amor male accendens. tñ oīs timor ortum habet ab amore. nullus enim timet aliquid ꝑdere niſi q amat illud habere. Triplex fomentū. ſunt tria que ſunt in mūdo. ſ. concupiſcētia carnis. ꝯcupiſcētia occulorum. ꝛ ſuꝑbia vite. Septiforme caput ſunt. Supbia Inuidia. Ira. Accidia: Auaritia. Gula. ꝛ Luxuria. Inter que ſunt quinqꝫ ſpūalia. duo vo carnalia. Sufficientia hoꝝ vitiorꝫ ſic poteſt colligi. Voluntas noſtra deordinatur: aut qꝛ appetit non appetendū: aut qꝛ refugit non refugendū. Si primo mō aut ē interius: ꝛ ſic eſt vana gloria. aut exterius: ꝛ ſic eſt auaritia: aut inferius. ꝛ ſic eſt delectabile. Sꝫ illud delectabile aut eſt ad conſuationē indiuidui: ꝛ ſic eſt alimentū quod appetitur inordinate a gula. aut eſt ad conſuationē ſpēi. ꝛ ſic eſt coitus. qꝛ appetitur a luxuria. Si autē voluntas noſtra deordiaṫ qꝛ refugit quod non eſt refugendū. hoc pō eſſe tripłr. aut. n. refugit qḋ nō eſt refugendū ſm ꝑuerſum inſtinctū rōnalē ꝛ ſic eſt inuidia. aut ſm inſtinctū ꝑuerſum iraſcibilis ꝛ ſic eſt ira. aut ſm inſtinctū ꝑuerſū cōcupiſcibilis: ꝛ ſic eſt accidia. Ex his pꝫ q quattuor ſunt appetibilia ꝛ tres ſunt vires ſm quorum inſtinctum eſt fuga. ꝛ ideo tñ ſunt. 7. peccata capitalia. Peccata que dicta ſūt qñqꝫ ſe publice oñdunt. vt quādo directe ſiunt qñqꝫ vo ſub quadā ſpecie palliata decipiūt Vn̄ ſupbia qñqꝫ dicit ad hꝰ volo preeſſe vt poſſim ꝓdeſſe. Ira dicit non debent illata mala tollerari ne conſueſcant inferri. Inuidia dicit alijs: bona non cupio: ne in ſucceſſibus eleuētur. Accidia dic ad hoc in laboribus mihi parco ne temeritate indiſcretiōis arguar. Auaritia dic ad hoc. Ad hoc ſunt multa ꝯgreganda ne ꝓpter inopiā ꝯmittaṫ furtū vel rapina. Gula dicit ad hoc eſt corpus cibis ꝛ potibus delicatoribus nutriendū. vt ſit fortius ad deo ſuiendū. Luxuria dic ad tp̄s debet quiſqꝫ ad libitū viuere: vt poſſit poſtea fortiter penitere. Septē vitia cōparantur ſeptē beſtijs. Superbia cōparatur leoni. Inuidia cani. Ira lupo. Accidia aſino. Auaricia ericio. Gula vrſo. Luxuria porco. Alioꝰ ꝯparaṫ. 7. īfirmitatibus Supbia ꝯparatur inflatōi. Inuidia lepre. Ira freneſi. Accidia litargie. Auaritia hidropiſi. Gula epilentia. Luxuria febri. Septem vitia chriſti paſſione curantur. Capitis inclinatio in cruce curat ſuperbiā. Oratio pro inimicis irā. Apertio lateris inuidiā. Portatio crucis accidiā. Traditio ſpiritus patri corporis cruci. matris diſcipulo veſtiū crucifixoribus: hec curant auaritiā. Flagellatio luxuriā. potatio fellis gulā

De ſuperbia.

Capitulum. 15.

n

Vnc dicendū eſt de ſeptē vitijs capitalibus in ſpecie. ꝛ primo de ſuperbia que eſt regina omnium vitiorū ꝛ mater. Eſt autē ſupbia vt ait Aug. ꝑuerſe celſitudinis appetitus. vn̄ ſicut idem Aug. ait. Superbia oībus inuidet. ſ. maioribus. qꝛ eis non equatur. Inferioribꝰ qꝛ ei equari timet. paribus qꝛ ei equantur. Superbia dicitur initiū omnis peccati triplici ratione. Primo ꝓpter cām que inuenit in oī pctō. qꝛ in omni peccato inuenitur ꝯtēptus dei: q eſt quedā cā peccati. Idē ātē cōtēptꝰ ē auerſio a creatore que in oī peccato vbi preponiṫ bonū incōmutabile bono icōmutabili. qꝛ ſic ē ſine charitate alie virtutes nihil ſunt ita ſine ſuperbia alia vitia nihil. abſtrahe ſuperbiaꝫ ꝛ habebis grām. qꝛ ſupbis deus reſiſtit. humilibus autē dat gratiā. Conuexū. n. inqꝫ tum huius non eſt receptiuuꝫ. ſed concauū Secundo qꝛ primū peccatū fuit. hoc. n. genere peccauit diabolus in celo. Iſa. cap. 9. Ponam ſedem meam in aquilone ꝛ ero ſimilis al. Et primus hō in paradiſo / Gen. ca. 3. Eritis ſicut dii ſcientes bonum ꝛ malum. Tertio qꝛ ex ea naſcuntur alia vitia ſecundum prius ꝛ poſterius. hoc eſt mediate vel immediate. ſic habetur ſupra capitulo ḋ effectu vitiorum. Eſt autem inter ſuperbiā ꝛ vanam gloriam differentia. quia lꝫ vtrobique ſit appetitus proprie excellentie. tamen ſuperbus ſibi apparet magnus intus

ſed vanaglorioſus appetit apparere in ore
aliorum per laudem exteriorem. Diuer/
ſa peccata dicūtur radices et initia ſiue cauſe
aliorum peccatorum ſʒ diuerſis reſpectibus
Superbia dr̄ initiū oīs pcī pp tres cās ſu
perius enarratas. libido etiā dr̄ cā oīs pec/
cati ſic ait Aug. ⁊ hoc pp delectatōem cre/
ature que inordinate trahit animaʒ ⁊ auer/
tit a ſūmo bono. Eſt.n. libido improba vo
luptas qua mouetur aīa rationalis ad hoc
qđ delectetur in creatura. Cupiditas etiam
dr̄ radix oīum malorum ſic apl's.i. ad thi.
vi. ⁊ hoc propter eadē rationeʒ ſicut libido
Eſt.eniʒ cupiditas ex amore inordinato ad
creaturaʒ. Luxuria etiā ſcđm Caſſianū dr̄
radix oīs peccati.qꝛ carnales delectationes
nobis ſunt naturales ad naturalia āt prom
pti ſumus ⁊ difficulter reſiſtimus. Inanis
glīe ſeptē ſunt filie ſcđm Grego. Prima
eſt iobedi ētia. quia vanaglorioſus in nullo
vult videri inferior qđ fieret ſi faceret mā/
datum. ſcđa eſt contentio. qꝛ vult vincere cū
clamore. ⁊ hoc ꝑpter apperē. Tertia eſt ia/
ctantia qua quis ennarrat bona ſua. vt lau/
dabilis appeat. Quarta eſt hipocriſis que
querit in exterioribus hominibus apparē.
Quinta eſt pertinacia que factum ſuum vel
dictum malū defendit. ne erraſſe videatur.
Sexta eſt diſcordia que cōtra oē dictum ſu/
ſtinet vel aſſumitur contrariū ꝑpter vanam
Nos legimus i ſcriptura dialogos vnū iter Euā ⁊ diabolū quo mors cōcludebatur. Alterū inter Mariā ⁊ angelū quo vita oriebat̄. Vide āt tria que fecit beata virgo in ſalutatione angeli. ſ. cogitationē ſeu deliberationem: q꞉ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Interrogationeȝ q꞉ querit quō fiet iſtud. Conſenſum. q꞉ reſpondit. Ecce ancilla dn̄i ⁊c. Nec in deliberatione fuit ſubita ſicut Eua. nec in interrogando dubia ſicut zacharias. nec in conſuetudo tarda ſicut Serra. In reſponſione cōſenſus beate virginis quattuor verba inueniēs. que quattuor virtutibus maxime redolent. Ait enim. Ecce quod eſt obediētie prompte. Ancilla dn̄i quod eſt humilitatis perfecte. Fiat mihi quod eſt charitatis iſtāminate. Secundum verbum tuū. qd̄ eſt fidei deuote. Septem verba hec loquuta eſt beata virgo in euangelio. Primum fuit. Vinum non habēt ſcd̄m ſibi quid feciſti nobiſ ſic tertium. Quodcūq̄ȝ dixerit vobis facite quartum quādo ſalutauit Heliſabeth. quītum. Quomodo fiet iſtud ⁊c. ſextum. Ecce ancilla domini. ſeptimum. Magnificat anima mea dominū. Verbum primuȝ fuit pietatis. ſecundū charitatis. tertium inſtructionis. quartum cōſolationis. quintum diſcretionis. ſextum humilitatis. ſeptimū orationis ⁊ gratiarum actionis. Et nota ꝙ verba predicta fuerunt breuia preter vltimuȝ.

De ſanctificatione matris.

Capitulum. 4.

Sanctificatio triplex eſt. quedam cōmunis que fit per ſacramenta. quedam ſpūalis que fit per gratiam ſpiritus ſancti. quedam ſpecialiſſima que fit ꝑ gratiam ſingularem. Prima remouet culpam ⁊ confert gratiam remanet tamen fomes. i. ꝓnitas ad peccandū. ⁊ talis eſt baptiſmatis. ſecunda remouet culpam ⁊ ꝓnitatem peccandi mortaliter ⁊ talis fuit ſanctificatio. Joannis baptiſte ⁊ Iere. in vtero tertia remouet culpam originalem ⁊ pronitatem ad peccandum tā venialiter quā mortaliter. ⁊ talis fuit in beata virgine. Et ſciēdum ꝙ licet grā ſanctificationis in vtero ſit maior quantum ad eſſentiam quam gratia ſacramentalis tamen quantum ad aliquos affectus maior eſt gratia ſacramentalis. q꞉ baptiſmus imprimit caracterem. ⁊ aperit ianuam celi. ⁊ habilitat hominem ad alia ſacramenta quorum nihil facit ſanctificatio in vtero ex ſe. Verūtamen gratia ſanctificatōnis in vtero precellit in hoc gratiam baptiſmalem. quia taliter ſanctificatus non poteſt mortaliter peccare. ⁊ ad venialia minus inclinat cum fomes. Preterea minora ⁊ pauciora venialia committit. ⁊ talis gratia fuit in Joanne baptiſta. ⁊ ideo ne in vanum gratiam dei reciperet fugit hominum ſocietatem ⁊ artiſſimam in ſe penitentiam tenuit ne leuis ſaltem maculare vitā famie poſſet. patet igitur ꝙ in ſanctificatione in vtero

confertur gratia media inter grãm ſacrãlez
⁊ grãm plene confirmatiõis in pſ̃ia que hʒ
coniunctũ ſibi ſinem vltimuʒ. Ad confirma
tionẽ.n.pſ̃ectam tria pertinent. Primum
eſt inſeparabilis adheſio rõnis ad deum. ſe
cundum eſt indeflexibilis ſubiectio iſirma/
rum potentiarum anime ſub impio ratiõis
Tertiũ eſt indiſcontinualis conuerſio actu/
alis totius hois in deum quando homo di/
uina dulcedine affectus ex toto corde ⁊ ex to
ta anima. ⁊ ex oibus viribus ſemper actu
tendit in deuʒ ⁊ in quodcunqʒ aliud in quo
relucet deus. Primuʒ hoꝝ habet gratia ſã
ctificationis ſimpliciter. vt.ſ. nullus q par/
ticeps eius fuerit non poſſit peccare morta
liter, ſcd̃m habuit beata virgo. ⁊ iõ nec veni
aliter vnq̃ʒ peccauit. ſicut dicit Aug. Terti/
um autẽ non põt conuenire gratie vie: eo ꝙ
illud ex fruitione dei cauſeſ̃ que tñ eſt in pa
tria. Tres fuerunt ſanctificationes matris
dei. prima fuit ſanctificatio in vtero. ⁊ h̃ tres
habuit effectus. ſ. originalis culpe expiatio/
nẽ. ⁊ gratie infuſionem. ⁊ fomitis tantaʒ re
ſtrictionẽ vt non poſſet in mortale peccatuʒ
duci lʒ fomes maneret ſm̃ eſſentiaʒ. Scd̃a
ſanctificatio fuit in ſpiritus ſancti obumbra
tione. ⁊ filij dei conceptione. quaribus pre
miſſis duo ſemꝑ addidit. ſ. omnimodam fo
mitis extinctionem ⁊ confirmationeʒ in bo
no. ita ꝙ que prius poterat tñ non peccare
iam non poſſet peccare. Hos duos effect⁹
expreſſit angelus. Luce. i. Spiritus ſanctus
ſupuenit in te quo ad primum. Et virtus al
tiſſimi obũbrabit tibi quo ad ſcd̃m. Iſta cõ
firmatio non fuit liberi arbitrii ablatio. ſed
eius per gratiam cõpletio. preterea ſpiritus
ſanctus ſupuenit i eam non ſolum ad ſancti
ficandum ſed etiam ad fecundandũ. cuius
virtute virgo concepit. virgo peperit. ⁊ vir
go poſt partum permanſit. Tertia ſanctifi/
catio fuit in filii dei inhabitatione. qui nouẽ
menſibus in vtero eius manſit. Ex his om
nibus predictis duos effectus addidit:
Unus fuit ꝙ omnes diſpoſitiones fomitis
ſublate fuerunt ſicut quando morbus cura/
tus adhuc interdum remanent relique curã
de. Secundus fuit dedicatio ad diuina. ita
ꝙ etiam licitis vſibus mundanis. ſ. natura
libus aptare eam eſſet, impoſſibile. qꝛ tunc
non ſolum mens. ſed etiam corpus luce di
uinitatis reſplenduit. vt ſignatum eſt Eze/
chi. 43. Ex predictis collige ꝙ fomes ⁊ per
ſonam infecit ⁊ naturam. pſonam quidem
qꝛ ad malum pronã facit. ⁊ ſtimulat ad pec/
catum. Naturã vo qꝛ carnem inficit prout
eſt principium ad alteram carnem. Sed be
ata virgo in prima ſanctificatiõe que fuit in
vtero mundata fuit ab originali peccato in
q̃ʒtum fomes reſpicit ad perſonam ſuam.
qꝛ nihil in perſona ſua ad purgandum re/
manſit. In ſecunda vo ſanctificatione que
fuit quando ſpiritus ſuperuenit in eam pur
gata fuit a fomite. prout ipſe fomes reſpicit
naturam in comparatione ad prolem pro/
pagandam non ope nature. ſed ope ſpũs ſã
cti. Remotus. n. fuit eſſentialiter, ꝑpter qḋ
pars ab ea ſeparanda in corpus chriſti de fo
mite nihil habuit ſicut nec mater. Nota ſi/
militer ex predictis ⁊ ex ſequentibus ꝙ bea
ta virgo ex prima ſanctificatione excellebat.
puritate omnes baptizatos ex ſanctificatio/
ne. Secunda excellebat puritatem Ade.
quam habuit ante peccatum per confirma/
tionem excellebat angelos. quoniam nec il
li creſcere poſſunt in premio ſubſtãtiali ſiue
eſſentiali. ſicut nec decreſcere. ſed beata vir
go proficere potuit in merito ⁊ nõ deficere
puritas matris dei fuit quadruplex: in qua
nulla creatura ſibi poterit comparari. pri/
ma puritas ſanctificationis in vtero. Om
nis enim rationalis creature puritas vel eſt
nature vt angelus. vel eſt gratie gratis da
vt fuit inocentis primi ſtat⁹ hois. vel ẽ grẽ
gratum facientia. ⁊ iſta eſt maior aliis dua
bus. Unde cũ in illa ſpecie gratie ſanctifica
tio matris dei fuerit ſuprema pʒ ꝙ vincit
puritatem omnis pure creature. Secunda
eſt puritas inocentia in vita in qua ſilr oẽs
excellit. qꝛ beata virgo vixit ſine oi peccato
⁊ hoc oportuit ee marie grẽ q̃ nõ ſolũ ipſius

naturam perficeret. ſed eam ſupra legez na
ture corrupte extolleret. Tertia eſt puritas
virginee caſtitatis in qua excellit ⁊ angelos
⁊ homines. Angelos qdem. q: ſm Hiero
nymū hec retinuit per virtutē caſtitatis qd
fuit in angelis n.ceſſitatis nature. Item ex
cellit homies in hoc: q: primum exemplar
fuit huius integritatis. ps. 44. Adducetur
regi virgines poſt eam. Preterea oſtēditur
illud alia rōne. q: ſūma eſt hec puritas que
potius pōt ſuum contrarium ſecum pati q̄z
poſſit violari. ⁊ talis fuit virginitas dñe no
ſtre. que gaudium matris hȝ cum virgini/
tatis honore. iō nec primā ſilē m viſa eſt: nec
habere ſequentem. q̄rta eſt puritas ſanctifi
cationis ex ſuperuentione ſpiritus ſancti et
preſentie dei in qua excellit oēm creaturam
Cum. n. eſſe matrem dei ſit dignitas ſupe
rior que pure creature cōicari poſſit neceſſe
eſt grām ad hoc diſponentez eſſe maiorem
omni gratia pure creature. Oportet ergo
priuilegium ſanctificationis ſue in hac parte
oēm ſanctificationem excedere aliorū.
De conceptione diuina.

Capitulū. 5.

m Ex virgo beatiſſima aſſenſuȝ ange
lo prebuit dicens. Luc. i. Fiat mi/
hi ſm verbum tuū. Spūs ſanctus
ſup eam venit. ac filium dei concepit. Hec
autē tria ſimul fuerunt tpe non natura. tūc
īmpleta ſunt preambula figuraꝝ ⁊ documē
ta ſcripturaruȝ ⁊ deſideria ꝓphetaꝝ. ꝑꝑ qd
etiā aduentus xpi dicitur plenitudo tpis.
Quare aūt xp̄s nec prius nec poſterius ve
nerit nōnulle ſūt rōnes. Prima eſt vt ordi
nē vniuerſi deus nō turbaret. Singula nā
q̄ȝ fiunt ſuis tpibus quāto magis in maxio
dei ope. ſ. filij incarnatione. ſcd̄a ne fides et
ſpes de ꝓmiſſa incarnatione ⁊ nimis tarda
ta perirent. Si. n. tardaſſet venire quoti/
die decreuiſſent hoīes in fide ⁊ tepuiſſent.
ſed prius venire nō fuit neceſſe. q: non pro
deſt medicina ſpiritualis ſine affectu recipiē
tis. Tertia eſt vt ſupreme infirmitatis cul/
pe imediate ſuccederet melioratio ſ. ſum

mum dolorem acute febris ſanatio. Quar
ta vt homo lege naturali ⁊ ſcripta conuince
retur. ſicut ait Aug. q: ſi ſtatim veniſſem di
ceret homo. q: per legem naturalem ſalua/
ri poterat. ⁊ ſuꝑfluum crederet aduentū xpi
Similiter dicere poterat de lege ſcripta. ſed
compto q nec ſic nec ſic ſaluari poterat tunc
venit ipſe. q: tunc erat tempus mittendi. qn
ta vt ſicut primus homo conditus fuit. ſexta
die ad toti⁹ mūdi cōplementū. ſic ſecundus
homo fieret in ſexta etate ad totius creature
ꝑfectionem. ſexta. n. etas apta eſt ad exerci/
tium ſapientie. ad remiſſionez culpe ad me
ritum vite eterne. ⁊ ad tranſitū de ſtatu mi/
ſerie ad ſtatum glorie. ⁊ iſta notantur in ſexta
etate rōne ꝑfectionis ſenarij. 6. q: xp̄s nō
debuit venire in principio tpis. q: aduent⁹
eius nimis fuiſſet feſtinus. nec in fine vltio
q: tunc nimis fuiſſet tardus. ſed decebat ſal
uatorem inter tempus morbi. ⁊ tempus iu
dicii introducere tempus remedij. ſeptima
q: decebat ducem ꝑfectum tunc ſe oſtendē.
cum eſſet oportunitas currendi ad brauiuȝ
hoc eſt in fine temporum ⁊ m̄ ante terminū
vt per timorē iudicij ſtimulati per ſpem pre
mij attracti. ⁊ per exempli perfectionem aia
ti ſequi poſſemus efficaciter ducem noſtrū.
octaua q: decebat meditorem quoſdam mē
brorum ſuorum ipſum precedere. quoſdam
ipſum ſequi. Incarnationē chriſti multe fi/
gure preceſſerunt ⁊ prophetie de quibus ali
quas aſſignemus. Abraham deſcendit in
Egyptum vt peregrinaretur ibi. Lapis pre
ciſus eſt de monte ſine manibus. Fluuius
egrediebatur de loco voluptatis ad irrigan
dum paradiſum. Sapientia edificauit ſibi
domum. excidit colūnas ſeptem. Thronuȝ
fecit ſibi Salomon de ebore grandē. No/
uum faciet dominus ſuper terram: femina
circundabit virum. Jonas in mare proijci
tur ⁊ mare ſedatur. Stillabunt montes dul
cedinem. Deſcendi in ortum meum vt vi/
derem poma conuallium. Vellus gedeōis
roraficatur. Manna ſeruatur in vrna au/
rea. Virga Aaron floret. Flos de radi/
ce eius aſcendit. Emittitur columba de ar/

cha noe Mittitur lignum i aquas marath Paradiſus plantat. Moyſes ponitur in pyſcellam cyprea. Iſrael induit. Ioſeph. tunica polimita. In ſole poſuit thaberna/culum ſuum. Duo viri ferunt in vite botr de terra pmiſſionis. Mittitur. Ioſeph i ci/ſternam. Urbs fortitudis noſtre ſyon ſal/uator ponitur in ea mur⁹. Emitte agnum dne. Rorate celi dei ſuper. et nub. plu. iu. Aſcendet dns ſuper nuben leue. Miſeri/cordia et veri. ob ſi. Gēma carbunculi i or/namento auri. Simul in vnum diues et pa/uper. Ego primus et nouiſſimu⁹. In chari/tate perpetua dilexi te. mittitur. Daniel in lacum leonum. Apparet in camino. quar/tus ſimilis filio hoiſ. Umbra deſcēdit in ho/rologium. io. gradibus. Ignis apparet in rubo non cōburens. Eze. 32. Solem nube tegam. Quid lucidius ſole. et hic deficiet pſalmus. 18. A ſummo celo egreſſio eius.

De ratonibus incarnationis.

Capitulum. 6.

P Er verbuz igr incarnatū facta eſt humani gnis reptio. non qr aliter ſaluari nō poterat. ſed qr nullus ali/us modus fuit ita cōgruus ipſi repatori et repabili ac reparationi. Congruebat inq̄z iſte modus repatori quez decebat ſuā potē/tiam ſapiam et bonitatem oſdere. Quid āt potentius q̄z coniungere extrema ſumme diſtantia. hoc eſt creatorez et creaturā. Ma/gna. n. potentia fuit in cōiunctione diſpari/um elementorū. Maior in coniunctōe illo/rum ad ſpm creatū. Maxia i coniunctione iſtorū oium ad ſpm increatum. vbi et maxia diſparitas eſt. Quid vero ſapientius q̄z q ad perfectionem totius vniuerſi fieret cō/iunctio primi et vltimi. hoc eſt verbi dei. qd oium principium et humane crature que in operibus ſex dierum fuit vltima oium crea/turarum. Quid etiam beniuolentius quaz q creator rerum comunicare ſe voluit re/bus creatis. et hec benignitas magna fuit i coicatione ſui omnibus rebus per preſēti/am maior qr cōicauit ſe bonis per gratiam maxima qr cōicauit ſe homini per vnionez et per cōſequens gnibus ſingulorum i vni/tate perſone. Fuit etiaz iſte modus congru/entiſſimus ipſi reparabili. qr homo per pec/catum corruit in infirmitatē et ignorantiā et malitiā per que ineptus factus eſt ad diuiaz virtutē imitandā: et ad veritatē cognoſcen/dā et ad bonitatem diligendam. Iō deus fa/ctus eſt homo per quod ſe reddidit homini imitabilem. cognoſcibilem. et amabilem. Fuit etiā iſte modus cōgruentiſſimus nre reparationi. qr dns in forma ſerui procura/uit ſalutem ſerui. Sunt et alie rationes: quare fuit conueniens deū incarnari. Pri/ma ē q preuaricator abſtulit nobis deū. vn̄ cōueniens fuit vt repator redderet nob deū. Scda qr humilitas decuit deum. ſed nō po/tuit humiliari vſqz ad penas in natura di/uina. oportuit ergo q in alia tertia vt pphe/tias impleret. Iſa. 52. Ego qui loquebar ec/ce adſum. Abacuch. 2. Apparebit in fine et non mentiet: ſi moram fecerit expecta euz qr veniens veniet vt. ſ. doceret potius vin/cere per iuſtitiā q̄z per potentiam. Quarta pp vitandum inconuenientēs. qr ſi deus incar/nari non potuit: vel neſciuit vel noluit vide/tur eſſe in eo impotentia vel ignorantia vel inuidia qd abſit. Quinta vt eſſet humilitas in redemptore quanta fuit ſuperbia in pre/uaricatore. qr ſuperbia tanta fuit vt homo vellet eſſe vt deus. vnde humilitas tāta de/buit eſſe vt de⁹ fieret hō. Sexta vt nrm amo/rē excitaret et noſtrā ſpem erigeret. Septia vt exemplum imitande virtutis nobis da/ret in forma viſibili et humana. Quis ope/ra trinitatis ſint indiuiſa: ita q quicqd ope/ratur vna perſona operetur et alia tamen ſo/lus filius accepit carnem et non pater vel ſpi/ritus ſanctus. Et habemus exemplū in tri/bus domicellis induentibus tertiam ip ſaz de quibus poteſt dici quicquid facit vna fa/cit alia. vna tamen ſola induitur. Eodem modo dicendum q incarnationis opus quā/doqz attribuitur patri vt ibi. At vbi venit plenitudo temporis mi. deus filium ſuum. quandoqz attribuitur filio vt ibi. Exiui a pa/tre meo et veni in mundum. quandoqz ſpi/

ritui ſancto. vt in ſymbolo. Qui conceptuſ
ē de ſpiritu ſctō. Sed hec ideo dicuntur. qꝛ
opus incarnationis fuit maxime potentie.
ſapientie ⁊ bonitatis: que tribus perſonis
attribuitur. Sunt autē multe rationes qua
re filius incarnatus ſit ⁊ non pater vel ſpiri
tus ſanctus. Prima vt per eandem ſapien
tiam qua mundum conſiderat fieret repara
tio. Secunda vt qui filius eſt in deitate: eēt
filius in humanitate. Tertia ne idez eſſet ⁊
pater ⁊ filius ſi pater de homine naſceretur
Quarta qꝛ congruentiuſ mittebatur qui eſt
ab alio q̄z qui eſt a nullo. Quita propter cō
firmationē hereditatis promiſſe. nc. ſ. poſſe
mus dicere patri. Domine tu habes filium
cui competit hereditas quaz homini promi
ſiſti. Sexta vt patris ergo nos oſtēderetur
charitas. Joā. 3. Sic deus dile. mū. vt filiū
ſuū vnigenitū daret. Septima vt oſtēdatur
ꝙ deuſ pater nihil habet qđ nō ſit nobꝭ para
tus dare cum filium ſuum vnigenitum de/
derit Octaua vt ſicut dei filius factus eſt ho
mo. ſic homo fieret filius dei. Apꝰ ad Gal
cap. 4. Miſit deus filium ſuum vt adopti/
onem filiorum reciperemus. Nona vt eſſet
occaſio ſalutiſ qui dicitur occaſio ruine. De
cima: quia imago debuit per imaginem re
parari. Undecima: qꝛ ſicut verbum mētis
mediante groſſiori natura emittitur per vo
cem ſic verbum eternum per aſſumptionez
noſtre nature. Duodecima qꝛ medius iter
perſonas debuit eſſe mediator dei. ſ. ⁊ ho/
minum. Decimatertia qꝛ ſapiētia patris re
parare debuit appetitorē ſapiētie. Gen. 2.
Eritis ſicut dij ſcientes bonum ⁊ malum.
Decimaquarta qꝛ decentiſſime cōiungitur
humilitas ⁊ ſapientia, puer. 16. vbi humili/
tas ibi ⁊ ſapientia. vnde filium dei precipue
decuit incarnatio. Decimaquinta quia idee
non ſunt niſi ſapientia dei que filio appro/
priatur. vnde cum ſingule idee ſingulorum
ſint cauſe. tunc demū oīa perfecta ſunt ⁊ cō
pleta cum per vnionem ad ſuum principiuz
redierit. Decima ſexta qꝛ ſi pater fuiſſet in/
carnatus tunc nulla perſona ſine principio
fuiſſet. Decimaſeptima: qꝛ oportuit incarna/
tam ꝑſonā tanq̄z ſacerdotem ſupplicare pro
natura aſſumpta: ſed magis decuit filiū ſup
plicarꝫ patri q̄z econtra. 18ª qꝛ ſi ſpiritus ſā
ctus fuiſſet incarnatus: tunc duo eſſent filij
19. qꝛ nullum decet magis reducere ad diui
nam cognitionem ꝑz verbum quo pater ſe
declarat. qđ eſt vnibile carni. ſicut ⁊ verbuz
voci. 20ª qꝛ nulluz decet magiſ reducere ho
minem ad filiationē adoptiuā q̄z filiū nālez

De modo incarnationis.

Capitulum. 7.

IN cōi reparatione omnium decens
erat vt fieret concurſus trium de tri
plici hierarchia. ſ. diuīa angelica: ⁊
humana. vnde in miniſterio incarnationis
fuit concurſus angeli nunciantis ⁊ virginiſ
concipientis ac verbi dei carnem aſſumētis
Cum filius dei mittitur in mundum nō fit
loci mutatio ſed nature humane aſſump/
tio. qꝛ ipſius mitti eſt eſſe vbi prius fuit: ſed
aliter ibi eſſe q̄z priuſ fuit: ⁊ hec alteritas nō
eſt ex parte eius qui eſt cum ſit immutabiliſ
ſed ex parte eius in quo eſt. quia vnitur no/
ſtre carni: vt non ſit immutatio ex parte ſui
ſed ex parte noſtri. Preterea in mutatione
loci exigitur non eſſe vbi quis prius erat: ſz
nec hoc eſt in filij miſſione. quia poſt incar/
nationem fuit in patre. ſicut ſemper chriſtuſ
aſſumpſit naturam noſtram quinq̄z modis
ſ. miſericorditer. Apꝰ ad Titum. 3°. Scđm
ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. vtiliter
ſ. pro ſalute noſtra. ps. Operatus eſt ſalu/
tem in medio terre. Sapienter. qꝛ aſſump/
ſit bonum nature reprobando malū culpe.
Iſa. 7. Butirum ⁊ mel co. vt ſci. re. ma. ⁊
eli. bo. Fortiter. qꝛ ſic ſuſcepit naturam hu/
manam. ꝙ nunq̄z depoſuit eaz. qꝛ poſt mor
tem vnita fuit diuinitas carni in ſepulchro:
⁊ anime in inferno. Mirabiliter. qꝛ coniū
cta ſunt in carne ſummum ⁊ imum hoc ē
deus ⁊ limus. Verbum caro factum eſt.
quinque modis ſcilicet ſm veritatem carniſ
Iſa. 53. Vere langores noſtros ipſe tulit.
Preter carnez. qꝛ preter carnis operatiōez
Math. 1. Qđ in ea natū eſt de ſpū ſctō ē. ſup
carnē. qꝛ meritiſ nr̄is nō exigentibꝰ apꝰ ad Ti

tum 3°. Nõ ex opibus in. que. ſcti. ꝑꝑ car
nẽ. q2 ad ſaluandũ carnẽ. ⁊ hoc quantũ ad fi
deleſ efficaciter. ꝫ quantũ ad oẽs ſufficiẽter
Math. i. Vocabis nomẽ Jeſũ ipſe eni ſal
uum facit populũ ſuũ. Contra carnẽ. q2 ad
maiorẽ dãnationẽ infideliũ. Jo. 15. Si nõ
veniſſeꝫ. ⁊ locutus eis nõ fuiſſẽ peccatũ nõ
haberent. Opus aſſũptionis hũane naturꝫ
nõ aĩatio ſed incarnatio noiaꝫ. cũ tamẽ a di
gniori res cõſueuerit noiari. hoc aũt ẽ ꝓpter
quattuor rões. ſ. vt fiat expreſſior noiatio ⁊
vt ꝓfundior explicetur dignatio miſerẽtis.
⁊ quia nobis magis nota ẽ ꝑs carnis ⁊ vt
maior humiliatio exprimatur eo ꝙ magis a
deo diſtat caro q̃ꝫ aĩa ⁊ quia caro eſt a parẽ-
tibus ꝓpagata aĩa a deo creata.

## De vnione ⁊ natura aſſumpta.
## Capitulum. 8.

ſ Jcut in diuinitate vna ẽ eſſentia. ⁊
tres ꝑſone ita i xp̃o ẽ econtra vna ꝑ
ſona. ⁊ tres eſſentie. ſ. deitas aĩa. ⁊
caro hoc ẽ eternũ nouũ ⁊ antiquũ. q2 deitas
ẽ eterna. ſꝫ aĩa ẽ noua q2 i aſſũptione carniſ
creata caro vo antiqua. q2 ab Adã ꝓpaga-
ta. ⁊ xp̃s ſecũdũ nãm deitatis ẽ genitus ſecũ
dũ aĩam vo creatus. ſꝫ ſecũdũ carnẽ natus
potius factꝰ. Vnio fuit triplex i xp̃o. ſ. dei-
tatis ad aĩam ⁊ ecõtra. ⁊ deitatis ad carnẽ.
⁊ ecõtra. ⁊ aĩe ad carnẽ ⁊ econtra. Due pri
me vniones ſemꝑ manſerunt. tertia ſeꝑata
fuit i morte. Vnio ergo deitatis ad huma-
nã naturã non eſt in vnitate nature. ſꝫ ꝑſo-
ne nõ dico ꝑſone humane: ſed diuine hoc ẽ
non aſſũpte. ſed aſſumẽtis nec ꝑſone cuili-
bet. ſed ſolus vbi. q̃m ipoſſibile eſt ꝙ na-
tura diuina cõcurrat cũ alia. ſicut ꝑs ad con
ſtitutionẽ tertij. vel ꝙ ipſa tranſeat in aliaꝫ
vel alia i ipſa ꝓpter ſimplicitatẽ ⁊ vnitatem
ipſius ꝑfectiſſimã ꝓpterea diuinitas ⁊ hũa
nitas non vniuntur i vnitate nature ſed ꝑ-
ſone. Et ſic itelligiꝫ illud i ſimbolo Attana
ſij. Nã ſicut aĩa rõnalis ⁊ caro vnus eſt hõ
ita deus. ⁊ hõ vnus eſt xp̃s. Ibi nãqꝫ poni
tur ſimilitudo quantum ad vnitateꝫ ꝑſone
non nature. quia caro ⁊ aĩa dicunꝫ in hoĩe
quantuꝫ ad eſſentiam ⁊ conſtituunt tantum
vnam perſonam. eadẽ inter diuinitatem ⁊
humanitatẽ xp̃i eſt differentia. ⁊ tamen eſt
ibi vnitas in ꝑſona. Et quia diuina natura
in nullo ſuppoſito poteſt ſubſiſterꝫ preter q̃ꝫ
in ꝓpria hipoſtaſij. ideo vnio illa nõ poteſt
eſſe in ꝓpria perſona hoĩs ſꝫ dei. ⁊ ꝓpterea
deꝰ in vna ꝑſonaꝝ ſuaꝝ fecit ſe ipſũ ſuppo-
ſitũ humane nature. vñ tantũ ẽ ibi vna per
ſonalis. ⁊ vnitas ꝑſonalis. ſ. ex ꝑte aſſumẽ
tis. Ad eẽ nãqꝫ ꝑſone triplex iꝛigiꝫ diſtictõ
ſcilicet ſingularitatis. ⁊ naturalis incõicabi
litas ac excellentia dignitatis ꝓpter primuꝫ
nullũ vnibile ẽ ꝑſona ꝓpter. ſecũdũ aĩa nõ
ẽ ꝑſona. Sed ꝓpter tertiũ xp̃s ſecundũ ꝙ ẽ
hõ nõ ẽ ꝑſona. Ex his pꝫ que ſint vera vel
falſa iter has quattuor ꝓpõnes. prima ꝑſo-
na aſſũpſit ꝑſona. ſecunda natura aſſũpſit
ꝑſonã. tertia natura aſſumpſit naturã. quar
ta ꝑſona aſſũpſit naturã prime due ſimplici
ter ſunt falſe. tertia vno mõ ẽ falſa. alio mõ
eſt vera. Si eniꝫ ſumaꝫ natura ꝓut eſt cõis
tribus ꝑſonis ſic eſt falſa. Si vero ſumatur
natura prout eſt in perſona filij ſic eſt vera.
quarta autem prepoſitio ſimpliciter ẽ vera.
Ad intelligentiam horum nota ꝙ tres fue-
runt opiniones de incarnatione xp̃i prima
opinio dicebat ꝙ filius dei aſſumpſit homi
nem. Secunda dicebat ꝙ aſſumpſit huma
nam naturam. Tertia dicebat ꝙ aſſumpſit
hominem vt veſtẽ. prima opinio non tene
tur. quia ponit ꝙ in xp̃o ſunt due ꝑſone qđ
eſt falſũ. Secunda cõis eſt vt vera. quia po
nit ꝙ xp̃s eſt vnũ ſolum. ꝫ ſit aliquid ſecun
dũ ꝙ homo. Itẽ ponit ꝙ aſſumens non ẽ
aſſumptũ. Item ꝙ ille homo diuina eſt eſſẽ
tia. ⁊ econtra. Item ꝙ omnis ꝓprietas filij
dei ineſt ei. ⁊ ecõtra. Tertia opinio tãq̃ꝫ he
retica reprobatur quia ponit nõ eſſe i vna ꝑ
ſona xp̃i duas naturas ⁊ ꝙ due ſubſtantie
humane nature. ſ. ⁊ diuine non pertinent
ad pluralitatẽ filij dei. Dicimus ergo ꝙ tã
ta ẽ ibi vnio. vt quicquid dicitur de filio dei
dicatur de filio hoĩs ⁊ econtra. His ta-
men exceptis in quibus exprimitur vnio ve

clauditur negatio.ſ.vt fiat vocabulum in q̄
aliqua repugnantia includitur.ſicut eſt vni/
ri.incarnari.aſſumi.aſſumere in quibus i/
cluditur reſpectus vnionis vniꝰ nature ad
alteram.⁊ tūc nō tenet̃ predicta regula. Si
militer nō tenet ſi i vocabulo includit̃ nega
tio alicuiꝰ cuius oppoſituꝫ alteri nō cōpetit.
ſicut icipere eē creari ⁊c̃. Nota q̄ ꝓprie lo/
quendo cōpoſitio ē corpoꝝ cōiunctio ē cor/
poris ⁊ aīe.vnio ē diuine nature ad huma
nā.tñ ponit̃ vnu qñꝫ ꝓ reliquo. Quinqꝫ fu
erunt ſtatus primi hoīs ⁊ de quolibet ſtatu
recepit xp̄s aliqd.primꝰ innocentie de quo
xp̄s accepit peccati immunitatē. ſecūdꝰ grē
de quo accepit plenitudinē grē.tertius cul/
pe de quo accepit recompenſationem pene.
quartus penitentie de quo accepit paſſionē
doloris ⁊ triſtitie.quintus glorie de quo ac
cepit plenam fruitionem. Corpus xp̄i ſm
Damaſce.formatum fuit ex ſanguine bea/
te virginis.non ex carne. Nam vere ma
tris eſt ſm philoſophos materiam tantum
modo miniſtrare.ſed dare virtutem forma
tiuam que actiue naturaꝫ ſeu materiam for
mat eſt patris ⁊ non matris. Cum igitur
beata virgo proprietatem vere matris ha/
beat oportet q̄ materiam contulerit que ſe/
cundum naturam ſit materia conueniens
humano corpori.⁊ tamen integritatem vir
ginale non polluat. Talis aūt materia non
eſt caro.quia dicit philoſophuſ primo d̾ ge:
⁊ cor.q̄ id quod eſt pars actu non eſt mate
ria generationis cum non ſit in potentia to
tum. Caro autē eſt pars actu vnde non eſt
materia generationis. Talis quoqꝫ mate/
ria non fuit ſemen femineum.quia hoc pu/
ritati virginis non conueniebat. nec etiam
ſm philoſophum eſt neceſſarium ad gene/
rationem quia alique mulieres concipiunt
ſine ſeminationem. Talis ergo materia fu
it ſanguis.quia ipſe ſm philoſophum eſt i
nobis materia generationis. Quod autez
dicit Apꝰ ad ro.primo. Qui factus eſt ei ex
ſemine Dauid intelligendum eſt originali
ter non materialiter. Virtus autem forma
tiua in beata virgine non fuit ex patre car/
nali.ſed ex virtute altiſſimi.

De vtilitate incarnationis.

Capitulum. 9.

Amiſimus per peccatum propriam
a excellentiam.mentis innocentiaꝫ.
ac dei amiciam. Hec autem recupe
rare oportuit per beneficium ſaluatoris.
Excellentiā enim recuperare non potuimꝰ
niſi per excellentiſſimum recuperatorem.
quia ſi per aliquam meram creaturam re/
parati eſſemus.tunc oporteret nos eſſe ſub
iectos illi creature. Innocentia enim repa/
rari non poterat.niſi per ſatiſfactorem ſuf/
ficientiſſimum qui eſſet deus ⁊ homo.deuſ
quidem qui pro homine ſatiſfacere poſſet.
homo vero de genere ade qui peccauerat.
Ille namqꝫ cōgrue ſatiſfacit qui poteſt ⁊ de
bet.ſed non poteſt niſi deus. nec debet niſi
homo.amicitia ſimiliter non poterat refor/
mari niſi per mediatorem conuenientiſſi/
mum.qui.ſ.vtriqꝫ parti conformis eſſet. ⁊
vtriqꝫ parti amicus hoc vero xp̄o conuenit
qui eſt deo patri filius per diuinitatem.⁊ ho/
mini lapſo per humanitatem. Venit ergo
deus in incarnatione tāq̄ꝫ dominus ad ſer
uos vt eos corrigeret.tanq̄ꝫ magiſter ad di
ſcipulos. vt eos inſtrueret tanq̄ꝫ medicus
ad egrotos vt eos ſanaret. ꝑ primū oſtēdit
deus potentiam.ꝑ ſecundū ſapiētiā ꝑ tertiū
bonitatē. Quattuor fructus incarnationis
ponit Ber.dicens. Māna de celo deſcen/
dit vt gaudeant eſurientes. Vinea celi bo/
trus erūpit vt gaudeāt ſitiētes. Oleū effu/
ſū ē vt gaudeāt egrotāteſ.lapis ſine manibꝰ
de mōte precioſus ē vt timeāt negligētes.
xp̄o hōi plures actꝰ cōueniūt nobis multuꝫ
ſaluiferi ꝓꝑ qd̓ diuerſis rebꝰ naturalibuſ ⁊
artificialibꝰ cōpat̃. Ipſe nāqꝫ xp̄s dr̃ caput
noſtrū ꝓꝑ ſenſū ⁊ motū ſpūalē quē ſuis mē
bris influit. Mediator q̄r ꝑticipat ꝓprieta/
tes diuine ⁊ humane nature.⁊ iō inter deū
⁊ nos efficaciter pōt mediare. Fūdamentū
ꝓpter fidē q̄ in nobis illuminat intellectū.
Hoſtiū ꝓpter charitatē.q̄r ꝑficit affectum.
Paſtor inquātū icorporat nos eccleſie ꝑ ſa
cramētoꝝ ꝑticipatōꝫ. Hoſtia q̄r ſoluit obli

ga tionem contractam per peccatum origi/
nale. ⁊ actuale. Sacerdos. qꝛ ipſe ſe rogat
ipſe ſe exaudit. ipſe ſeruus ſe rogat dominū
⁊ ipſe deus exaudit ſe hominem. via exem
plo via in premio. Item Ber: enumerat
quattuoꝛ vtilitates aduentus dñi dicens.
Venit medicus egꝛotos. Redemptoꝛ ad
venditos via ad errantes vita ad moꝛtuos
Oſtenduntur adhuc multe vtilitates incar
nationis chꝛiſti. quia deus factus eſt homo
vt fieret homo deus dñs factus eſt ſeruus
vt fieret ſeruus dñs deus de celo ad terras
deſcendit vt homo de terris ad celos aſcen
deret deꝰ factus eſt filius hoīs. vt hō fieret
filius dei. Immoꝛtalis factus eſt moꝛtalis
vt moꝛtales fierent inmoꝛtales. diues inno
cens factus eſt pauper. vt pauperes fierent
diuites. Obſcurata eſt lux. vt nos ilumina
ret. Eſuriuit panis. vt nos reficeret. Siti/
uit fons: vt nos inebꝛiaret. Triſtata eſt le/
titia. vt nos letificaret pauebat fiducia. vt
nos confoꝛtaret. Laxata eſt via vt iter no/
ſtrum ad celeſtia dirigeret.

De mirabilibus circa incarnationē dñi
Capitulum. 10

E Xcellebat incarnatio chꝛiſti noſtrā
cōceptionē in pluribus ꝓ que ap/
paret ꝙ ibi natura ſua perdidit iura
Inueniunt. n. multa tam ex parte mr̄is q̄z
ex parte pꝛolis. ⁊ quam ex parte modi. que
non ſunt ſm viam nature. ſed ſm potenti/
am virtutis infinite. que ſolius dei eſt. Mi
ra igitur fuerunt in matre que ſm Bern̄.
ſine pudoꝛe fecunda. ſine grauamine graui
da. ſine doloꝛe puerpera. Ibi poꝛtauit ſtel/
la ſolem. palmes vite. riuus fontem filia pa
trem. creatura creatoꝛem. Fuit inq̄z mater
patris ac filia nati. fuit quoq̄z pꝛole poſteri/
oꝛ. contento minoꝛ mater ⁊ virgo fuit et cū
deo filium communem habuit maledictio
nem legis euaſit vbi maledicte fuerunt vir
gines ⁊ coniugate. Virgines quidem. qꝛ
non genuerunt. coniugate vo quia in dolo
re pepererunt. ſed vtrunq̄z beata virgo eua
ſit. quia virgo genuit ⁊ doloꝛem non ſenſit
Auguſtinꝰ. Speculum nō rumpit radius
ſolis. ⁊ ita integritatem virginis ingreſſus
aut egreſſus dei vitare non potuit. Mira/
bilia quoq̄z fuerunt in pꝛole. quia in inſtan
ti fuit ibi ſanguinis ſeparatio. conſolidatio
figuratio. animatio. deificatio. ⁊ ꝙ iſta non
fuerunt ſucceſſiua patet ex ſcriptura Iere.
31. Femina circundauit virum. patet etiam
ex virtute agente ſpiritus ſancti cuius eſt ſu
bito operari q̄zuis autem membꝛa chꝛiſti
fuerunt in conceptione completa atq̄z perfe
cta vſq̄z ad anime ſuſceptionem ipſoꝛum ta
men membꝛoꝝ diſtinctio ſm Augu. tam
parua ⁊ tenuis fuit ꝙ humano viſui vix poſ
ſet ſubijci: quia in tanto fuit minus coꝛpus
illud. q̄z alius conceptus cum foꝛmatur q̄z/
tum augeri poſſet in vtero infra 46. dies.
Vnde miraculoſum fuit ꝙ i tam paruo coꝛ
poꝛe recepta fuit anima. ſed hoc ideo factū
fuit in conceptione chꝛiſti q̄ztum ad tempus
manendi in vtero non eſſet noſtre cōceptio
ni diſſimilis: Preterea ab inſtanti concep/
tionis ſciuit omnia etiam ſm ꝙ homo. Itē
in fruitione fuit perfecta anima eius. vnde
q̄ztum ad hoc non ſolum fuit viatoꝛ: ſed eti
am compꝛehenſoꝛ. Item mundus fuit
ab omni peccato: ⁊ plenus omni gratia et
virtute. Habuit quoq̄z patrem in celis. et
matrem in terris. ſed patrem ſine matre. et
matrem ſine patre. Item per incarnationē
ipſe dominus factus eſt ſeruus. Eternus fa
ctus eſt tempoꝛalis. imenſus factus eſt par
uulus fit ſummus imus incompꝛehenſibi/
lis. fit localis ſimplex fuit compoſitus. Di
cit Aug. Videtur inuiſibilis. palpatur im
palpabilis. immoꝛtalis occiditur. Itē Au
gu. Quis vnq̄z extimare poſſet vt poꝛtare/
tur manibus femineis poꝛtatoꝛ oꝛbis pa/
nis angeloꝛū manducaretur. ſeu alaretur
virtus celoꝛum infirmaretur. vita omniū
moꝛeretur. Hic quoq̄z notandum eſt ꝙ ſi/
cut in diuinis eſt trinitas perſonarum i vni
tate eſſentie ita in chꝛiſto eſt trinitas eſſenti
arū ſeu naturarum in vnitate perſone qꝛ ſi
cut in diuinis per diuerſas pſonas nō diſti
guitur eſſe: ſic in chꝛiſto per diuerſas natu/
ras. non diſtinguit pſona. Deniq̄z xp̄i icar

natio fuit mirabilis ex modo. qꝛ eñ treſ mo
di producendi hominē. Primus vȝ nec ď
viro. nec de muliere. ſicut. Adā ſcďs ď vi/
ro ſine muliere. ſicut in Euam. tertius de
viro ꝛ muliere. ſicut in oibus cōcupiſcibi/
liter natis. Ad cōplementuȝ decuit vniuer
ſi quartum modū introduci. vi. ſ. ho de mu
liere fieri ſine viro per virtuteȝ operatoris
In cōceptione ergo filij dei ſimul concur/
runt virtus innata. infuſa. ꝛ icreata. Vir/
tus inata miſericordiam miniſtrauit. Vir/
tus infuſa purificando ad vnionem verbi
adaptauit adoptiōe dico ꝯgrue nāe. Virtꝰ i
creata ſbito pfec͂ qď nā ñ potuit niſi ſuceſſiue

# De natiuitate domini. Capitulum. ii.

n Atiuitatis xpi duplex eſt. ſ. diuina
humāna. ꝛ gratuita. Pria eſt ex pa/
tre. ſcďa ex matre. tertia fuit i mente
De patre naſcitur ēt nalit. de matre tēpora
liter. In mente ſpūaliter. Et iſte tres nati/
uitates ſumunť ſecundum tres ſubſtantias
que ſunt in xpo. ſ. ipſius diuinitas. caro ꝛ
ſpūs. Naȝ ex patre naſcitur deus. ex ma/
tre caro. ex mēte naſcitur ſpūs. ſ. per grām
Ex patre naſcitur ſemper ex matre naſciť
ſemel. In mente naſcitur ſepe. Secūdū na
tiuitatem diuinā xps habet patrē ſine ma/
tre. ſcďm humanā hēt matrem ſine patre
ſcďm gratuitam habet patrē ꝛ matrē. ſcďm
illud. Qui fecerit voluntatem patris mei.
ipſe. p. m. ꝛ mř mea eſt ꝛc̄. Math. 12. Has
tres natiuitates repreſentat eccleſia in die
natiuitatis eius. primam. ſ. diuinam i miſſa
que cantatur in nocte. Eſt. n. nobis hec na
tiuitas occulta: 53. Generationem eius qs
enarrabit. Secundam in miſſa que canta/
tur in aurōa. quia natiuitas humana partiȝ
fuit occulta. partim manifeſta. Occulta qui
dem quantum ad modum. quia natus ē de
virgine. ſȝ manifeſta quantum ad ſcm̄. ter
tiaȝ. ſ. gratuitā in miſſa que cantatur in die
quia natiuitas gratuita eſt manifeſta i qua
xps per afectum cōcipitur. per effectū naſci
tur. per ꝓfectum nutritur. Iſa. 26. A timo
re tuo cōcepimus. ꝛ peperimus ſpūm ſa/
lutis. De diuina itaqȝ generatione habe/
tur primo li. ſed nūc de humana proſequen
dum eſt. Nota itaqȝ ſ̄m verba apl̄i: vbi
ait ad Titum. 3. Apparuit gratia dei ſal. n
o. ho. eru. n. ꝛc̄. Natiuitas xpi fuit gratioſa
glorioſa. copioſa. fructuoſa. Gratioſa: quia
apparuit gratia. Glorioſa: qꝛ ſaluatoris no
ſtri dei. Copioſa qꝛ oibus hoibus. Fructu
oſa. qꝛ erudiens nos. Iſte fructus natiuita
tis xpi duplex eſt. ſ. reſpectu tpis pn̄tis ꝛ fu
turi. Itē reſpectu tpis pn̄tis duplex eſt fru
ctus. Primuſ eſt declinatio mali. ibi. vt ab
negātes impietatem quo ad malū qď eſt cō
tra fidem ꝛ ſecularia deſideria quo ad malū
qď eſt contra bonos mores. 2ꝰ fructus eſt
operatio boni. ibi ſobrie quo ad nos: iuſte
quo ad ꝓximū ꝛ pie quo ad deū. Itē reſpe
ctu futuri tpis duplex eſt fructus. primꝰ eſt
ſpei i refrectiōe. ibi exp. b. ſ. 2ꝰ gaudij i glīfi
catiōe: ibi ꝛ aduentū magni dei. apparuit. n
in natiuitate xpi benignitas ꝛ humanitas ď
triplici latibulo. ſ. de ſinu patris in quo cela
batur de vmbra legis in quo figurabať. de
ventre matris in quo formabatur. Iſte nā
qȝ agnus ſoluit ſignacula libri ſignati. Na
tiuitas xpi fuit honeſta. vtilis: ꝛ iocunda.
Quid āt illius ſalute homis. Vocab ingt
Lu. 2. nomen eius Ieſū qui ſaluū faciet po
pulū ſuū. certe a formidine timoris. ab ima
nitate langoris: a detentione carceris. a ſu/
biugatōe hoſtis. Quid honeſtiꝰ ꝓtu virgīs
vbi virgo eſt que generat deus ē q gnātur.
ſpūs ſctūs q opatur in gnātione qd iocūdiꝰ
ortu dei ꝛ hois. Gauiſi qdem qui ꝓceſſūt:
vt abrahā q exltauit vt videret diē dn̄i. Io.
8. Itē q ſequūť ga. i.. d. ſp. ad phil. 8. itē q
pn̄tes erāt vt angeli decantātes ꝛ paſtores vi
dētes. Io. i vto ſentiēs. ꝛ Symō amplexāſ
ſȝ marie vgo ipm gnāns. Luce. ſ. Et exul
tauit ſ. m. i. d. ſ m. ꝓtulit in natiuitate nob
bēā virgo fructū q ſeminatꝰ fuit in conceptio
ne germinauit in natiuitate. collectꝰ in pāno
rum inuolutōe: ad domū illatus i purificatio
ne flagellatus in ſtipite. vētilatus in falſoꝝ
teſtiū accuſatōe. immolatus in paſſione pur
gatus i reſurrectiōe. comedetur in quotidi
ana euchariſtie ſuſceptione: ꝛ in celeſti frui

ſtone. beata ſeqꝫ virgo eſt celũ que xp̄m ro
rauit. Ipſa nubes que xp̄m pluit. Ipſa ter
ra que xp̄m germinauit. In natiuitate dn̄i
fuit beata virgo terre de cui⁹ limo formatus
eſt vetus adam terra de qua orta eſt veritas
terra de qua ortus eſt fructus terre ſubli/
mis. terra bona in qua ſemen cecidit. terra
fluens lacte ⁊ melle terra germinans herbã
virentẽ terra de qua oriebatur fons irrigãſ
vniuerſam ſuperficiem terre.

De circunciſione dn̄i. Cap. ix.

Circunciſionẽ accepit xp̄s multipli
ci rõe. primo vt legẽ quã dedit alijs
⁊ ipſe cõpleret. Secũdo vt humili/
tatẽ oñderet. qꝛ eñi cerimonialibus ad que
nõ tenebat̃ ſe ſubiecit ipſe nãqꝫ dn̄s legis fu
it. tertio vt ſanguinẽ ſuũ ꝓ nobis non ſoluꝫ
in etate virili. ſed etiã in infantia funderet.
quarto vt nos circuncidendos fore ſpũali/
ter oñderet. qnto vt hereticos cõfunderet q
dixerunt eũ nõ verum corp⁹ ſed fantaſticuꝫ
habuiſſe. ſexto vt iudeis ſatiſfaceret qui ſcã
dalizati fuiſſet ſi circũciſione nõ accepiſſet.
ſeptimo legẽ veterem approbaret que vſqꝫ
ad ipſũ obſeruanda fuit. Legalia enim ſm
Aug. fuerunt ante paſſionẽ viua. ⁊ p⁹ paſ/
ſionem dn̄i mortua. ſed poſtqꝫ ꝑ mundũ cla
ruit euangeliũ ſepulta. Circuncidit̃ ih̄s nõ
ſolũ circunciſione legali. ſed etiã circunciſio
ne ſpũali. Vñ poſſumus circunciſionẽ qua
druplicẽ aſſignare. p̄io circuncidit eũ pater
cultello pauptatis i natiuitate. ſecundo circũ
ciderunt eũ parentes eius octauo die cultel
lo penalitatis. tertio circuncidit̃ i oĩ vita ſua
cultello humilitatis. quarto circunciderunt
eum iudei i paſſione cultello crucis ⁊ hoc ꝑ
milites pilati circunciditur ẽt. Ieſus i ſuis
quadrupliciter. p̄io ꝑ detractores q auferũt
aicos ⁊ famã. 2° ꝑ raptores q auferũt bona
tẽporalia. tertio ꝑ hereticos q auferunt aiaꝫ
quarto ꝑ tyrãnos q auferunt corpus circun
ciſio noſtra ſpũalis duplex ẽ. p̄ia inẽtis in
p̄ñti a culpa. ſecũda corpis i futuro a pena.
p̄ima ſignificata ẽ ꝑ circunciſionẽ ſolẽnem
que facta ẽ in Egypto ⁊ hec triplex. ſ. ẽ icipi
entium a vitijs cultello iuſticie. Itẽ ꝓficien
tium a ſuꝑfluis cultello miſericordie. Item
perfectorum a mundialibus crucis cultello
charitatis ꝑfecte. ſecunda ſignificata ẽ ꝑ cir
cunciſionẽ factã in galgalis i terra ꝑmiſſio
nis. qꝛ in octaua reſurrectionis ꝑ petrã xp̄s
circuncidimur ab oĩbus miſerijs. Ex quo
pꝫ q̄ efficatior eſt noſtra circunciſio ſpũalis
qꝫ iudeorum carnalis. quia illoꝝ circunci/
ſio licet peccatũ originale tulerit tñ ianuam
ꝑadiſi non apuit. ſed noſtra vtrunqꝫ facit.
In hac materia duo tanguntur. primum ẽ
xp̄i humilitas in circunciſione. ſecundũ ei⁹
ſublimitas i nõis impoſitione. Vocatum eſt
inquit nomen eius ieſus. Dignitas autem
huius nominis multiplex ẽ. Eſt eñi ab eter
no ꝯſecratũ. vt dicit Ber. Ab antiquis pre
figuratũ. ſ. in Ioſue. a ꝓphetis deſideratũ.
Iſa. Nomen tuũ in deſiderio aie. a ſanctis
patribus ꝓphetarum. Salomonis oraculo
a deo nominatũ. Ap⁹ ad philip. tertio. De
dit illi nomen ⁊c. ab angelo prenunciatuꝫ.
Luce primo. Sanctũ nomen eius ab Apo
ſtolis magnificatũ Actuum quinto. Ibant
apoſtoli gaudentes ⁊c. a martyribus teſtifi
catum quia ꝓ nomine paſſi ſunt a cõfeſſori/
bus collaudatũ pſal. 115. Laudate pueri do
minum ⁊c. a ſanctis virginibus preguſta/
tum. Cañt. i. Oleum effuſum nomen tuuꝫ
Ieſus eſt mel in ore melos in aure iubilus
in corde ab omnibus ſanctis exaltatuꝫ. ps.
33. Magnificate dominum mecum. ⁊ ex.
n. e. in id ipſum. Petrus actuum. quarto.
Non ẽ aliud nomen ſub celo in quo opor/
teat nos ſaluos fieri in hoc nomine ieſus ſũt
quinqꝫ littere que poſſunt eſſe initia iſtaruꝫ
dictionum iocunditas merentium. Eterni
tas viuentium. ſanitas languẽtium. Vber
tas egentium ſacietas eſurientium. Et hoc
nomen Ieſus xp̄o conuenit tripliciter. pri/
mo rõne nature vt qui ex diuia natura erat
ſaluator aucte ex hũana natura fieret ſalua/
tor miſterio vt vẽdicaret ſibi nomẽ ſaluato
ris. ſcd̄o rõe decẽtie. qꝛ decuit vt ex re nom̃
hẽret. vñ qꝛ ſaluat a peccato a diabolo ⁊ ab
inferno merito nom̃ hꝫ illi beneficio cõgru
ens. tertio rõne efficacie quia xp̄s nos ſua

paſſione ſaluauit.

De baptiſmo domini.

Capitulum. 13.

In baptiſmo dñi notatur ipſius humilitas. ⁊ nr̃a vtilitas. Ipſius humilitas notaꝛ in quattuoꝛ. Primo qꝛ venit Ieſus.ſ.datoꝛ ſalutis. ⁊ nõ idigẽs ſalute. 2°. qꝛ ad ioꝛdanẽ vbi creatoꝛ elementoꝛum ſubiecit ſe humili elemento aque. 3°. qꝛ ad hominẽ.i. Ioannẽ.ſ.dñs ad ſeruum rex ad ſentiferũ.ſol ad luciferum. 4° vt baptizaretur ab eo.ſ.fons a riuo plenitudo a ſtilla.auctoꝛ baptiſmi a baptiſmi miniſtro. Vtilitas noſtra notaꝛ in quattuoꝛ que circa xp̃z baptizatũ euenerunt. Primo qꝛ cum xp̃us baptizatus fuit cõfeſtim aſcendit de aqua ꝑ quod notaꝛ i nobis grẽ infuſio. hõ enim ꝑ baptiſmũ liberatus a culpa ad virtutẽ ſtatiꝫ aſcendit. 2°. apertũ eſt celũ ꝑ quod notatur ꝑ baptiſmũ aſcendentis euolatio. 3° deſcendit ſpũs ſanctus coꝛpoꝛali ſpecie ſicut colũba in ipſũ. per quod notaꝛ ꝙ baptiſmus facit hominem tẽplum ſpũs ſancti. 4° vox patris facta eſt. Hic ẽ filius meus dilectus in quo notaꝛ ꝙ per baptiſmũ de filio ire fit filius grẽ. In baptiſmo xp̃i notanꝛ ſubſtantialia baptiſmi noſtri.ſ.baptizans ⁊ baptizandus. materia. foꝛma. ⁊ intentio. Baptizãs fuit Ioannes i quo miniſtri ſanctitas deſignatur. Baptizandus fuit xp̃s. noſtrũ baptiſmũ conſecrans. qꝛ tactu ſue mundiſſime carnis vim regeneratiuam contulit aquis. Materia fuit aqua magis cõueniens ⁊ cõmunis ceteris liquoꝛib⁹ ad baptiſmũ exñs foꝛma vero notatur per teſtimoniũ trinitatis. Fuit enim ibi pater in voce. filius i carne. ſpũs ſanctus in columbe ſpecie. Intentio cõſequitur foꝛmam. Voces enim vt ait phus primo piarmenies ſigna ſunt earuꝫ que ſunt in aĩa paſſionum. Per vocem patris que audita ẽ in baptiſmo xp̃i notantur quinqꝫ dignitates ⁊ excellentie xp̃i. Cũ eni dr̃ hic eſt cõmẽdatur xp̃s a vera eſſentia qꝛ ſolus deus habet verum eſſe. Omne enim eſſe a foꝛma eſt. deus aũt foꝛma eſt ſine materia vt dicit Boecius. Cum dicitur filius commendatur xp̃s a ſimilitudinis paterne conuenientia ex eo nãqꝫ dicitur filius. quia ſit vt ille propter quod filius dr̃ imago patris potius etiam qꝫ ſpiritus ſanctus ꝓpter rationem quam habes li° primo. Cum dicitur meus commendatur a ſubſtantie indifferentia. dicitur enim meus.i. mihi ſubſtantialis. Cum dicitur dilectus cõmendaꝛ ab amoꝛis beniuolentia. Ideo pater diligit filium. ⁊ omnia que habet dedit i manu ei⁹ Cum dicitur in quo mihi cõplacui cõmẽdatur a ſpãli complacentia. Sed nota ꝙ placitum eſt quieta voluntas. vñ complacui.i. cũ ſpũ ſancto in filio ſecundum naturam aſſũptam quieui.

De plenitudine grẽ xp̃i.

Capitulum: 14.

Oſt hoc conſiderandũ ẽ verbũ incarnatum q̃tũ ad plenitudinẽ chariſmatũ ſpũalium que ſunt plenitudo gratie in effectum. plenitudo ſapientie i intellectu. ac plenitudo meriti in opere ⁊ effectu. Circa primum notandum eſt ꝙ i xp̃o a ſui conceptione fluit plenitudo gratie quãtum ad gratiam pſone ſingularis ⁊ quantũ ad gratiam capitis. ⁊ quantum ad gratiam vnionis. ⁊ hec triplex gratia. eſt eadem in eſſentia ſed differunt i effectu. Gratia eni perſone ſingularis ẽ gratia habitualis quã habuit cõpletiſſime ⁊ pleniſſime xp̃s. excepta fide ⁊ ſpe quas virtutes nõ habuit. ſed id quod eis ſuccedit in patria. qꝛ fidei ſuccedit cognitio ſpei. vero ſuccedit compꝛehenſio rei. ſciendũ ãt ꝙ predicta grã pſone ſingularis exuberat i xp̃o ita ꝙ influit in membꝛa coꝛpis ſui miſtici ſenſum ⁊ motũ ſpiritualem ſecundum fontalem plenitudinẽ oĩs grẽ in ipſo habitantis dr̃ gratia capitis. vñ nota ꝙ xp̃s ſecundũ vtrãqꝫ naturam dr̃ caput eccleſie. qꝛ non ſolũ inquantũ de⁹. ſꝫ ẽt inquãtũ hõ influit ſenſum ⁊ motũ ſpũs ⁊ grẽ in oẽs q adherent ei. vel per fidem rectã vl̃ per fidei ſacramentum. Sed inquãtum homo influit eã per motum meriti. ⁊ illud meritũ qd non ſolum ex congruo. ſed etiã con

digno meriti influit mēbris grām. ⁊ h̄ ha/
buit ex vnione ad verbū. Ex predictis colli
ge ꝙ xp̄s, inquantū hō dr̄ caput eccleſie tri/
plici rōne. Primo ꝓpter influentiā gratie
ſicut dictum ē. 2º ꝓpter conformitatē natu/
re quā habet caput ad mēbra q̄z licet xp̄s ex
celleret mēbra ſua quantū ad naturam diuini
tatiſ. tn̄ conformis ē illis in natura humani
tatis 3º dicit̄ caput metaphorice. quia ſicut
corpus xp̄i veꝝ conſtat ex puriſſimis mem
bris. ita corpus eius miſticum ex puris fide
libus. Nam de plenitudine eius oēs accipi
unt beneficium grē ⁊ ſpūs qui ad eum acce
dunt. vel per fidem rectam. vel per fidei ſa
cramentum. Alia ratione ſecundū ꝙ homo
dicitur caput. ſ. ꝓpter nature conformitatē
quā caput habet ad totum corpus vt ſupra
dictum eſt. preterea ſecundum ꝙ eadē gra
tia ſingularis perſone habilitauit humanā
naturam xp̄i ad vnionē verbi. vt vꝫ digna
eſſet vniri tante celſitudini. vocatur gratia
vnionis per quam xp̄s non tantum felicita
te glorie: verū etiā adoratione latrie dignꝰ
fuit. Attamen inquantum eſt conſtructio
tranſitiua. cū dicitur gratia vnionis ē vnio
humane nature ad diuinam natrā que gra
tis ⁊ ſine meritis data eſt humanitati xp̄i.
Sicut eni differt gratia humanitatis a gra
tia pſonali ⁊ a gratia capitis ſic vnio differt
a grā habituali. propter quod dicitur i Jo/
anne. 20. ꝙ ſpūs ſanctus datus ē ei non ad
menſurā qḋ dupliciter exponitur. primo ſic
non ad menſuram. i. totaliter ⁊ non pticula
riter. vt quicqd potuit deus ei de ſpū ſancto
dare dedit ei. Secundo ſic non ad menſu/
ram. i. ſuper oēm portionem reſpectu alio
rum hominū. De hoc ꝙ dicit Joannes. i.
plenum gratie ⁊ veritatis. nota ꝙ multipli
citer diſtinguitur plenitudo. prima ē ſuffici
entie que in quolibet iuſto repitur. ſecunda
eſt copie que fuit i aplīs ⁊ i Stephano. Ac
tuum. 7º. Stephanus āt ple. gra ⁊ for. ter/
tia eſt vniuerſitatis que ē in eccleſia cui nul
lum donū deeſt. quanta ē excellentia que fu
it in btā virgine que oēs ſanctos excedebat
in grā. Eccl. 24. In me ois grā. Luce. i.

Aue grā ple. qnta ſupfluentie que fuit i xp̄o
Jo. i. plenū grē ⁊ veri. circa inocētiā xp̄i h̄
ſciēdū ē ꝙ habuit imunitatē ois clpe. ⁊ quā
tum ad actū. ⁊ quātū ad poſſe. q̄z non pecca
uit nec peccare potuit. nec peccatū originale
a prē traxit. q̄z patrem nō habuit carnalem.
nec a matre habuit peccatū quā ſpūs ſanctꝰ
totaliter a fomite liberauit.

De plenitudine ſapientie xp̄i.

Capitulum. 15.

Sicut in xp̄o fuit ois plenitudo grē
ita ⁊ ois plenitudo ſapie. nō ſolum
quantū ad cognitionē veꝝ etiā quā
tū ad modos ⁊ differentias cognoſcendi q
ſūt quinqꝫ. primꝰ ē cognitio ſempiternalis
ex pte diuinitatis. ⁊ hoc mō cognoſcit oia ſi
milis. ſ finita ⁊ infinita. q̄z apud deū ois in
finitas ē finita. Deus. n. videt multa i vno
i. in ſeipſo. vn̄ nō differt qḋ videt. ⁊ ꝑ qḋ vi
det. q̄z videt ſe ꝑ ſe. ⁊ i ſe videt oia. nō ſoluꝫ
que fecit. ſꝫ que facere pōt que ſunt infinita.
ſecundus modus ē cognitio ſēſualitatis ex
pte carnis. iſte modus ē cognitio ꝑ experien
tiā q xp̄s nō ſenſit oia ſimul q̄z ſenſus nō ē
pticeps reꝝ niſi ad pn̄tiā obiecti. 3ꝰ modus
ē ſpūalis ex pte mētis. ⁊ iſte triplex fuit. ſ. ꝑ
naturā. ꝑ grām. ⁊ ꝑ gloriā. ꝑ naturā ē igit̄
tertius modus cognoſcēdi quo xp̄s cogno
uit oia que ſpectāt ad vniuerſi cōſtitutionē.
ſed lōge excellētius quā adā ēt exiſtēs i na/
tura inſtituta. quartus modus ē ꝑ grām h̄
mō xp̄s cognouit oia que ſpectant ad hūa/
ni generis redēptionē. longe tn̄ excellētius
q̄ꝫ aliquis ꝓphaꝝ. vel etiā angeloꝝ. Nō ſo
lū eni habuit xp̄s ſciam ꝑ habitū. vt adā ⁊
angeli. ſed ēt ꝑ habitū infuſū velut ſci ꝑ gra
tiā illuminati. cognitionē nō habuit ꝑ habi
tum acquiſitū q propter impfectionē in xp̄o
nō fuit. 5ꝰ modus ē ꝑ gloriā hoc mō cogno
uit oia xp̄s, finita quidē cognit one actuali i
finita nō niſi cognitione habituali vel exceſ
ſiua. anima enim xp̄i per gloriam compre/
henſionis capiebat quecunque capere po/
teſt natura finita vnita infinito. ſciendum
ergo ꝙ res dupliciter hēt cognoſci i arte. ſ.

vel ab ipſo artifice vel ab alio arte cõtẽplan
te. vtroqȝ modo cognouit xp̃s reſ. Primo
modo p naturã diuinitatis. ſecundo modo
p naturã cõprehenſionis. Patent igitur
ex premiſſis quinqȝ dr̃e cognitionis que e
rant in xp̃o. Per primũ eni modũ habuit
cognitionẽ. vt deus. p ſecundũ vt hõ. p ter
tium vt viator. p quartũ vt illuminator. per
quintum vt cõprehenſor. xp̃s ſecundũ vtrã
qȝ naturã dr̃ lux. qꝛ ſecundum diuinitatem
illuminat intus aiam ⁊ ſecundum humani
tatẽ informat exterius vitã. ⁊ hoc tripliciter
ſ. miraculis predicationibꝰ ⁊ exẽplis. Pri
mũ eſt potentie ſecundũ ſapientie tertiũ bo
nitas. Nota preterea q̃ ſcientia xp̃i hois li/
pidiſſima eſt inter ſcias creatas. qꝛ nihil hȝ
ãmixtum de ſuo cõtrario vel actu vel potẽ/
tia preſertim cũ non poſſit aliquid ignorare
pp̃ter ſui vnionẽ ad verbũ. tñ quia aia xp̃i
creatura eſt nõ eſt ſcia eius ita limpida ſicut
dei q̃uis ſcit oia ſicut deus. Quod dr̃ Jh̃s
pficiebat ſapia ⁊ etate corã deo ⁊ hoibꝰ. nõ
eſt intelligẽdũ q̃ i ſe pfecerit. qꝛ ab inſtanti
cõceptionis ſapia plenus fuit. Sed potius
in alijs p doctrina ſua ⁊ exemplo pfecerunt
⁊ hoc corã deo. i. ad gloriã dei ⁊ hoibus. i.
ad vtilitatẽ hominum. pficiebat tñ Jh̃s ẽt
in ſe cognitione experimentali ⁊ ſenſuali qꝛ
ſm Apoſtolũ ad hebreos. Didicit ex his q̃
paſſus eſt obedientiam.

De merito xp̃i.

Capitulum. 16.

ſ Imul fuit xp̃s viator ⁊ cõprehẽſor
ab inſtanti pceptionis ſue. Ex nũc
eni cepit mereri ⁊ frui. Meruit aũt
inquantũ viator non inquãtũ cõprehẽſor. p
fectio ⁊ plenitudo meriti xp̃i notat̃ in iſtis.
primo quantũ ad eũ qui merebat̃. quia non
tñ hõ. ſed ẽt deus. ſecundo quantũ ad tem
pus quo merebat̃. qꝛ ab inſtanti cõceptiõis
ſue vſqȝ ad horã mortis. tertio quãtũ ad id
p qḋ merebat̃. qꝛ p habitũ pfectiſſime chari
tatis. ⁊ p exercitiũ pfectiſſime virtutis. quar
to quantũ ad eũ cui merebatur qꝛ nõ tñ ſibi
ſed etiã nobis. Omnibus enim operibus
que pcedebant ex libero arbitrio meruit ſi/
bi vitam eternam iam habitam ⁊ nobis ha
bendã. quinto quantum ad id quod mere/
batur nobis. quia veniam gratiã ⁊ gloriã
ſtolam quoqȝ carnis ⁊ apertionem ianue ce
leſtis. Ante incarnationem enim xp̃i diabo
lus habuit manum attrahentẽ ⁊ manũ im/
pellentẽ. attrahentẽ dico potenter in culpã.
Impellentem aũt ſine obſtaculo ad limbũ
in penã. Sed xp̃s primã manũ ſuo merito
debilitauit. ſecundã vero penitus amputa/
uit. Igit̃ in merito xp̃i radicata ſunt merita
noſtra ſiue ſatiſfactoria pene ſiue meritoria
vite eterne. qꝛ nec ob offenſa creatõis digni
ſumus abſolui. nec immẽſitatẽ premij que
deus eſt digni ſumus aſſequi niſi per meri
tum hois dei. 6° quantum ad id quod merẽ
batur ſibi. quia lȝ non mereretur glorifica/
tionem mentis quam iã habebat meruit ta/
men ſibi per humilitatem paſſionis accele/
rationem reſurrectionis glorificationẽ ſui
nominis ⁊ dignitatẽ iudiciarie poteſtatis ſi
cut ait Apꝰ ad philip. ſecundo. Chriſtus fa
ctus eſt pro nobis obe. u. ad mor. ⁊ ſequitur
propter quod ⁊ deus exal. il. quo ad primũ
⁊ dedit illi nomen ⁊c̃. quo ad ſecundum vt
i nomine Jeſu oẽ. g. f. ⁊c̃. quo ad tertiũ. 7°
quantum ad modũ quo merebatur. Dicit̃
enim mereri quis tripliciter. ſ. de indebito
faciendo debitũ vel de debito magis debitũ
vel de debito vno modo faciendo debitum
alio modo premiſſis duobus modis meru
it nobis ⁊ non ſibi. qꝛ non poterat facere ſi/
bi de indebito debitũ vel de debito magis
debitum cum a principio fuerit ſanctiſſimꝰ.
nec in ſanctitate potuerit pficere. tertio mõ
meruit ſibi. qꝛ bonũ glorie quod ſibi fuit de
bitum per grãm vnionis fecit ſibi debitum
alio modo. ſ. p virtutem bone operationis
meruit eni ſibi vitam eternam iã habitaȝ ſi
cut nobis habendam.

De voluntate xp̃i.

ſunt filij quam parentes. ſed eque pertinẽti
bus prius ſucurrendum eſt magis indigen
ti. Ad differentiam magis diligendi ſunt q
ſe magis ad grãm ꝓpeparant ⁊ hilitant ad
gloriã ſic diligendi ſunt ſecundum gradus
participandi bonum gratie. Nota q̃ idem
ordo dilectionis eſt nature ⁊ gratie. hoc ex
cepto q̃ dilectione naturali homo ſe magis
diligit quam deum. ſed econtra in dilectiõe
gratuita. Preterea ſciendum eſt q̃ idẽ ẽ or
do charitatis qui ſm Aug. eſt i via erit ẽt i
patria. q: cum gloria perficiat naturam qc⸗
qd non erat iperfectionis i natura manebit
in gloria.

De dilectione proximi. Capitulum. xi.

m Quo ſe debent hoīes diligere qꝛ omēs membra vnius corporis myſtici xpi. qꝛ vno ſpū ſcō viuificātur ſpūaliter ꝛ vniūtur. qꝛ vnā fidē hēnt. quia vnū baptiſma receperunt qꝛ vnum patrem habent ꝛ dominuȝ. qꝛ ad vnū regnū tendūt Dilectionem proximi ſuadet ius nature. Mathe. 7°. Omnia quecunque vultis vt faciant nobis hoīes. ꝛ vos facite illis. Jus ſcripture. Mathe. xx°. Diliges proximuȝ tuū ſicut teipſum. Exemplum creature. qa omne ſimile diligit ſibi ſimile. Melius eſt diligere q̄ȝ diligi quadruplici ratione. prio qꝛ quod diligimus ſcimus. ſed qđ diligamur neſcimus. ſed credimus. ſcđo. qa diligere proprie virtutis eſt. ſed diligi aliene. tertio qꝛ cū diligimus alios nobis obligamus. cum vero diligimur alijs obligamur quarto quia cū diligimus meremur nobis cum autem diligimur alij merētur ſibi per dilectionem proximi efficimur imitatores chriſti. Joan. 17. Hoc eſt preceptum meuȝ vt diligatis inuicem. ſicut. dil. vos. Diſcipuli ſaluatoris. Joā. 13. In hoc cognoſcēt omnes ꝙ diſcipuli mei eritis. ꝛc̄. Speculatores dei. i. Joā. 2: Qui diligit fratrem ſuum in lumine permanet ꝛ videt deuȝ. Societas fraterna vtilis eſt ratione ſubleuationis. Eccl̄. 4. Veh ſoli. qꝛ ſi ceciderit non habet ſubleuantem. Ratione ſubleuationis. pſal̄. ecce q̄ȝ bonum ꝛ q̄ȝ iocundum habitare fratres. Rōne exhortationis. Seneca. Semper ante occulos tuos ponendus eſt aliquis. cuius exemplo proficias. qꝛ niſi ad regulam praua non corriges. prouerbiorꝫ. A modica ſintila augetur ignis.

De dilectione inimicorum. Capi. xxii.

Jrca dilectionem inimicorum notaꝙ alia eſt dilectio affectus. ꝛ alia affectus. dilectio affectus duplex ē. qꝛ alia eſt innocentie ꝛ alia beneficētie. Dilectione innocentie tenemur diligere inimicos. qꝛ non debemus eis optare malum inquantum malum. ſed inq̄ȝtum eſt ei expediens vel reip. Affectus dilectionis bn̄ficentie duplex eſt. ſ. principalis ꝛ ſecundarius: Affectus principalis eſt velle ꝛ optare inimicis bona ſpūalia ſicut eſt gratia ꝛ gloria: hoc modo tenemur ꝑ affectū diligere inimicos. Affectus autem dilectionis ſecundarius eſt optare inimicis bona tp̄alia hoc modo tenemur ſemper diligere inimicoꝝ. quia non ſemper expedit eis bona tp̄alia. Eodē mō diſtinguendū eſt de dilectione effectus. qui eſt ſilr̄ innocentie ꝛ bn̄ficentie. Primo modo tenemur omnes diligere inimicos. qꝛ tenemur eis non inferre mala niſi ꝓpter bonum ꝑſone vel reipu. Scđo modo diſtinguenda eſt dilec io beneficentie. qꝛ ſi eſt bn̄ficium ſpūale ad ſalutē neceſſarium tunc tenemur illud inimicis impendere. ſicut orare pro eis non q̄dem in ſpāli. ſed in gnāli. ita. ſ. vt non excludamus eos ab orationibꝰ cōibus. Si vō eſt bn̄ficium tp̄ale ad hoc tenemur niſi in caſu neceſſitatis. Nota tū eē duplicem inimicum. ſ. ꝑſone noſtre ꝛ eccl̄ie Jgit̄ inimico ꝑſone bn̄facere ꝑfectionis eſt niſi inquantū ſibi vel alteri bn̄ficiuȝ nociuū eſſet. qꝛ in tali caſu bn̄ficium ſubtrahere vtile eſt. Jnimico autem eccleſie beneficiū ſubtrahere ꝑfectius ē meliꝰ niſi inq̄ȝtū ꝑ bn̄ficiū ſperatur reconciliandus eccleſie. Ex predictis patet ꝙ optare bona tp̄alia inimicis eccleſie imꝑfectionis eſt niſi per accidens. ſcȝ quando creduntur per hoc conuerti.

Jnimico vō perſone optare bona temporalia perfectionis eſt niſi per accidens. ſcilicet quando putatur ei fore vel alijs nociua. Nota ꝙ lȝ amicum diligere ſit magis debitum tn̄ diligere inimicum magis eſt meritorium remiſſionis pene ꝛ ad alia multuȝ valet. primo qꝛ magis accedit ad perfectioēm virtutis. Maioris. n. ꝑfectionis vel maior virtus eſt. quia magis. gratuitum eſt. Secundo qꝛ motus charitatis diligendi inimicum magis meritorius eſt remiſſionis pene. ꝛ hoc ratione difficultatis. lȝ in amicum ſit magis meritorius vite eterne rōne intentionis. Amor enim naturalis feruentioreȝ facit motū charitatiſ ſicut diſpō mālis ꝯfert forme. tertio qꝛ inimicū diligere expreſſus

ſignum charitatis eſt. qꝛ contra motum na
ture eſt. vnde valde difficile ē niſi adſit gra
tia per quam vincatur natura. Nota ꝙ ille
cui iniuria facta eſt non debet reconciliatio
nem querere ex debito neceſſitatis. ſed ſi fa
cit complet debitum perfectionis. vnde di/
cit Criſo. ꝙ talis debet reconciliationē que
rere vt duplicem gloriā conſequatur. Vna
qꝛ iniuriā paſſus. alterā qꝛ prior rogauit.

## De virtutibus cardinalibus. Ca. 33.

P Er virtutes cardiales anima recti/
ficatur in ſuis viribus. Nam pru/
dentia rectificat rationalem. Forti/
tudo iraſcibilem. Temperantia concupiſci
bilem. Iuſticia vero rectificat omnes vires.
prout nomen iuſticie comprehendit non ſo
lum ſpecialem iuſticiam que eſt in commu/
tationibus vel diſtributionibus. ſed etiam
legalem que eſt omnis virtus. prout eius
actus ad proximum ordinatur. Et iuſticiā
generalem que eſt omnis virtus prout eius
actus pertinet ad debitum obedientie pre/
ceptorum. Ipſa enim iuſticia generalis cō
prehendit virtutes ordinantes ad proximū
vt eſt equitas ꝛ liberalitas ꝛ ordinantes ad
ſeipſum. ſicut eſt innocentia ꝛ penitentia. et
ordinantes ad deum. ſicut eſt latria pietas.
obedientia. propter hoc iuſticia dicitur cir/
cuire omnes virtutes. ꝛ ꝙ non tantum eſt
virtus ſpecialis: ſed etiam generalis com/
prehendens totius anime rectitudinem cuꝫ
ipſa dicatur rectitudo voluntatis. Itēꝫ per
virtutes cardinales inſtruitur homo in ope
ribus ꝛ contra vitia armatur. Primum fit
dupliciter. qꝛ inſtruitur quo ad ſe per pru/
dentiam ꝛ quo ad proximum per iuſticiam
Scdm etiam fit dupliciter. qꝛ homo arma
tur in proſperis per temperantiam: ꝛ in ad
uerſis per fortitudinem. Item dicit Aug.
ꝙ prudentia eſt in eligendis. fortitudo i tol
lerandis. temperantia in vtendis. iuſticia in
diſtribuendis. Item dicit ꝙ prudētia eſt in
precauendis inſidijs. iuſticia in ſubuenien
do miſeris: fortitudo in preferendis mole/
ſtiis. tempantia in cohercendis delectatio/
nibus prauis. Aug. au in muſica ſua ꝙ ſu

cedit prudentie contemplatio fortitudini ſir
matas adherentie tempantie menſura dele
ctationis. iuſticie debita ordinatio ad deum
ꝛ proximum. iſte quatuor virtutes appellā
tur cardinales. qꝛ ſicut hoſtium vertitur in
cardine: ſic in his vertitur ꝛ regitur vita ho
minis. Vocantur etiaꝫ politice. qꝛ ordina
tur in his vita ciuilis. Dicuntur etiam hu/
mane. qꝛ humano ſtudio acquiruntur niſi
diuinus infundatur. Appellantur etiaꝫ con
ſuetudinales. qꝛ non ex vno actu ſed ex con
ſuetudine naſcuntur. vel qꝛ homo ſe ma
gis exercitet in iſtis. ſicut deuotio ſe magis
exercitat in virtutibus theologicis. Nota
ꝙ prudentia eſt ſcire quid poſſit. tempantie
eſt non preſumere quod non poſſit. iuſticie
eſt velle quod in omnibus equum ſit. fortitu
dinis eſt velle plus qꝫ poſſit. Iſte virtutes ha
bent ſuos gradus pfectionis ſm quos ali/
ter poſſident incipientes. aliter proficientes
aliter perfecti. Dicuntur etiam virtutes po
litice quandoqꝫ ſm ꝙ regunt vitam homi/
nis quo ad opera exteriora. ꝛ prout pugnāt
contra vitia. ꝛ hoc modo ſunt incipientium
purgatorie dicuntur ſm ꝙ iam ſunt in vic/
toria vitiorum. ꝛ conſiſtunt partiꝫ intra par
tim extra. ꝛ ſic ſunt proficientium. Dicun/
tur etiam purgati animi ſm iam deuictis
vitiis quieſcit homo. ita ꝙ raro primi mo/
tus inſurgunt. ꝛ hoc modo pertinent ad p/
fectos. Exemplares dicuntur prout ſunt in
mente diuina. Nam ſicut omnium rerum
deus exemplar eſt. ita ꝛ idee virtutum in ip
ſo conſiſtit.

## De prudentia.
## Capitulum 34.

P Rudentia ſm ꝙ eſt virtus politica
eſt vt ait Macrobius ad rationis
normam que cogitat quecunqꝫ agit
vniuerſe dirigere ac nihil preter rectum vel
le vel facere. Prudentia vero ſm ꝙ eſt virtus
purgatoria eſt vt idem ait. ꝛ mundū ꝛ om
nia que in mundo ſunt diuinorum contem
platione deſpicere. ꝛ oēm aie cognitionem

in ſola diuina erigere. prudentia autēꝫ ꝓut
eſt virtus purgati aīi eſt ſola diuina noſcere
ꝛ ea tāquam nihil aliud ſit intueri prudētia
ſane exemplaris ē ipſa mens diuina cui om
nia nuda ſunt ꝛ aperta partes prudentie ſꝫ
Tullium. i. officioꝝ ſunt intelligentia ꝓui/
dentia. Memoria intelligentia vero ē per
quam animus proſpicit ea que ſunt pruden
tia autē virtus eſt. vt idem ait per quam vi
detur aliquid futurū ante q̄ꝫ ſit. Memoria
ſecundum eundē eſt per quam reperit quis
ea que fuerunt. Nota ꝙ duplex eſt iudiciū
rationis diſcretiuum. ſ. ꝛ diffinitiuum iudi
ciū diſcretiuum eſt quo ratio iudicat aliquid
eſſe faciendum vel non faciendum. Circa
tale iudicium eſt ſcientia ꝛ non virtus iudi/
cium vero diffinitiuum eſt quo ratio impe
rat aliquid fieri vel non fieri. ꝛ circa iſtud ē
virtus. Unde in primo iudicio ſe habet ſci
entia ad operationes bonas vt conſiliarius
in ſecundo vero iudicio ſe habet virtus vt i
perator. prudentia habet regere ceteras vir
tutes in actibus ſuis ſecundum omnes par
tes philoſophie moralis que ſunt ethica. ſi/
ue monaſtica. hyconomica ꝛ politica quarū
prima mores quo ad ſe ipſum inſtruit. ſecū
da familiam diſponit tertia vrbes ꝛ regna
regit. triplex eſt prudentia. prima eſt cordis
ꝛ hec eſt in diſpoſitione preſentium ꝛ reco/
gnitione preteritoꝝ ꝛ preuiſione futurorū.
Deutrono. 32°. Utinam ſaperent. ſ. prete
rita. ꝛ intelligerēt. ſ. preſentia ac nouiſſima
prouiderent. ſ. futura. Secunda eſt oris ꝛ
hec eſt in moderatione ſermonum prouer.
4. Qui moderatur labia ſua prudentiſſimꝰ
eſt pſal. pone domine cuſtodiam ori meo.
tertia eſt operis ꝛ hoc conſiſtit vt ait tullius
in fuga mali. ꝛ electione boni pſal. 33. De/
clina a malo ꝛ fac bonum. Nota ꝙ alia eſt
prudentia mundana alia humana. alia diui
na. prima ē in temporalibus acquirendis.
ſecunda in cōmodo carnis. tertia in obſequi
is diuinis. Officium prudentie ē actus alia
rum virtutum dirigere ſicut ſupra dictum
eſt. Ber. Diſcretio non tam virtus q̄ꝫ auri
ga virtutum eſt. Nolle fallare nec falli. vt
dicit. Seneca eſt res ſecundum veritatem
extimare idem. tunc per rationem recte vi/
ues ſi diuina prius. eſtimes. ſi dignitatem
rerum non ex opinione multorum. ſed ex
earum natura conſtituas nobis commiſſa
ad dei gloriam ꝛ proximi edificationem diſ
penſare. Luce. Quis putas eſt fidelis ſer/
uus ꝛ prudens ꝛc̄. Mutabilitatem fugere
Seneca. Scito te in quibuſdam perſeuera
re debere quia cepiſti quedaꝫ nec incipere.

## De temperantia.

## Capitulum. 35.

Temperantia ſm Macrobium ꝓ
t ut eſt virtus politica eſt nihil appe/
tere penitendum i nullo legem mo
derationis excedere ſub iugo rationis cupi
ditatem domare temperantia prout eſt vir
tus purgatoria eſt omnia relinquere inquā
tum natura patitur. que corporis vſus re/
quirit temperantia prout eſt virtus purga/
ti animi eſt terrenas cupiditates non ſolum
reprimere ſed penitus obliuiſci. Tempe/
rantia prout eſt virtus exemplaris eſt que/
dam in ſe perpetua intentione conuerſio.
Partes temperantie ſm Tullium ſunt.
Continentia. Clementia. ꝛ Modeſtia.
Continentia ſecundum eundem Tu. eſt
virtus per quam cupiditas conſilij guber/
natione regitur. Clementia eſt per quā mo
tus animi in odium alicuius concitati com
munitate vel hylaritate continentur ſeu re/
tinentur. Modeſtia eſt virtus per quam
pudor honeſtus parat ꝛ ſtabilem auctorita
tem comparat. Species temperantie ſunt.
Sobrietas continentia ꝛ modeſtia. Pri/
ma conſiſtit circa guſtum in quo ponit mo
dum ſobrietas ſecunda eſt circa tactum quā
tum ad vim generatiuaꝫ quia ibi ponit mo
dum caſtitas. Habet enim homo vehe/
mentem appetitum conſeruandi ſe in eſſe
indiuidui per nutritiuam. ꝛ conſeruandi

ſe in eſſe ſpēi per generatiuā. Iſti aūt appe
titus reſtringuntur per ſobrietatem ꝛ conti
nentiā. tertia in dictis ꝛ factis. Factum aūt
ꝓut hic accipitur ꝑtinet ad tres ſenſus ꝛ cir
ca proprias eoꝝ materias. ſ. viſum. auditū.
olfatū. ꝑtinet etiam hoc factum ad tactum.
non quidē qui eſt in generatiua. ſ; ad alios
tactus quarum organa ſunt manus ad per
cutiendum. vel capiendum. ꝛ pedes ad am
bulandum. In omnibus iſtis modum po
nit modeſtia. Dignitas temperantie i hoc
eſt ꝙ aiam decorat. qꝛ ſicut ī naturis forma
decentior eſt materia ſic ꝛ in moribus plus
cōmendaꝫ modus q̄; ipſa actio. ꝓpter hoc
tempāntia compaꝫ ſoli q medius plane aꝝ
ē. ꝛ decentior inter oēs. Meritū cumulat.
quia medium tenuere bti. vñ dr̄ ꝙ verbis
nō meremur. ſed aduerbijs. i. nō eo ꝙ ali/
quis facimus. ſed in eo ꝙ bñ facim⁹. Iſtud
p; in illa vidua que obtulit duo minuta. ꝛ
magis cōmendata ē q̄; qui magna miſerūt
in gazophilatio. Vitioſos appetitus refre/
nat ſicut ſupra dictū eſt. vnde compatur fre
no. ꝛ remo. ꝛ lime que ſupfluum tollit rubi
ginis de ferro. Actiones tempat ſecundu;
ꝙ apoſtolus inſtruit dicens. Rōnale obſe/
quium veſtrū. Mediū ſeruat. Ber. Tene
mediū ſi nō vis pdere modu;. De hoc me
dio dicitur. Medio tutiſſimus ibis. Iſtud
mediū voluit dñs nos tenē quando fecit nō
de capite. vel de pede mulierem. ſed de co/
ſta. Et quando fecit hoiem partim corpalē.
ꝛ partim ſpiritualē. vt dignitate nature eēt
ſub natura angelica. ꝛ ſup corporeā. Chri/
ſto aſſimilat qui ſtetit in medio diſcipuloꝝ.
ſedit in medio doctoru;. ſuſpenſus eſt i me
dio latronum locatus eſt in medio duorum
animalium. viſus eſt a Joanne in apoca.
15. In medio candelabrorū aureorum. Na
turam conſeruat. quia natura in medijs de
lectatur. ꝛ ꝑ extrema corrumpitur. Vñ phi
loſophus. 2° d aia. Excellentia ſenſatorum
corrumpit ſenſus. Ferculis eternis cibat.
Vnd tempantia compatur ligno vite quod
erat in medio paradiſi.

De fortitudine.



f Ortitudo ſm Macrobium ꝓut eſt
virtus politica eſt animū ſupra me
tum piculi agere nihilq; niſi turpia
timere tollerare fortiter aduerſa vel proſpe/
ra. Fortitudinis purgatorie eſt aio non ter
reri a corpe recedente nec altitudinē abhor
rere. Fortitudinis purgati ai eſt paſſiones
ignorare. nō metuere vt neſciat iraſci ꝛ ni/
hil cupiat inhoneſtū. Fortitudinis exēpla/
ris ē eſſe immutabilē. qꝛ ſemper idem eſt.
nec aliquando mutatur. Partes fortitudi
nis ſm. Tullium ſunt quattuor. Magnifi
centia. Fiducia. Patientia. ꝛ Perſeueran
tia. Magnificentia ſecundum eundē eſt
magnarum ꝛ excelſarum rerū cum ampla
quadam animi propoſitione cogitatio atq;
miniſtratio. Fiducia eſt virtus per quam i
magis ꝛ honeſtis rebus multum in ſe ani/
mus ex ſpe certa fiducie collocatur. Patiē
tia eſt honeſtatis ꝛ vtilitatis cauſa rerū ar/
duarum. atq; difficilium voluntaria ꝛ diu/
turna perpeſſio. Perſeuerantia eſt virtus
in rōne bene conſiderata. ſtabilis ꝛ perpe/
tua permanſio. multi ſunt effectus fortitudi
nis. Primus eſt quia de hoſtibus trium/
phat. Math. 4°. Vir fortiſſimus. 2° quia
homini ſua bona cōſeruat. Luce. xi. cū for/
tis armatus ꝛc. 3° qꝛ ditat ꝓuer. Manus
fortis diuitias parat. quartus quia regnum
celorum expugnat Math. xi. Regnū celo/
rum vim patitur. quintus quia ornat. pro/
uer. Fortitudo ꝛ decor indumentum eius.
ſextus quia in extremis aſſecurat. prouer.
Leo fortiſſimus beſtiarum a nullius pauet
occurſu. ſeptimus quia remunerationem
expectat. prouer. mulierem fortem quis in/
ueniet ꝛc. Fortitudo conſiſtit in quinq;. ſ.
in aggreſſione arduorum pſal. 26. Virili/
ter agite ꝛ confortetur cor veſtrum. In con
temptu terrenorum. Hebre. xi. moyſes ne
gauit ſe eſſe filium pharaonis ꝛc. In ſuſti/
nentia tribulationu;. Cañt. octauo. Fortis
eſt vt mors dilectio. In reſiſtentia temptatio
num. Apoſtolus. i. thi. 2°. Non coronabi
tur niſi qui legitime certauerit. In impu/

gnatione vitiorū. Job. 7°. militia eſt vita
hominis ſuper terram. multa iuuant forti/
tudinem. primum eſt exortatio prudentiū.
Vnde legitur de Juda machabeo ꝙ arma
uit ſocios non clypei vel haſte munitione.
ſed ſermonibus optimis. ſecundum exem/
plum robuſtorꝫ. Vnde legitur de Eleaza/
ro ꝙ elegit fortiter mori ꝓ paternis legibꝰ
exemplum virtutis ⁊ fortitudinis poſteris
relinquens. Tertiū exercitatio impugnis.
vnde legitur in Joſue ꝙ dominus non de
leuit hoſtes filiorum Jſrael ſtatim oēs. ſed
reliquit aliquos vt haberent conſuetudinē
preliandi. quartum eſt ſpes remuneratio/
nis. 2° paralip. confortentur manus veſtre
⁊ non diſſoluāt. eſt enim merces operi ve/
ſtro. quintum hoſtium debilitas Grego.
Debilis ē hoſtis qui non poteſt vincere ni
ſi volentem. ſextus orationis adiutorium.
Nu. 20. cum eleuaret manus moyſes vin/
cebant filij Jſrael. ſeptimum armorum ſpi
ritualium apparatus. vñ Sanſon vincebat
philiſteos in mandibula aſini. i. temꝑantia
⁊ ſimplicitate. octauuꝫ memoria dominice
paſſionis quod ſignatum eſt in Dauid qui
contra Goliam venit in baculo ⁊ funda.
nonum cibus ſpūalis ꝑ ſal. Panis cor ho/
minis cōfirmet. 3° rū. Ambulauit helyas i
fortitudine cibi illius ⁊c. vnde ⁊ petrus po
tatus ſpūs ſancti gratia confortatus eſt di/
cens. O portet deo obedire magis q̄ȝ hoi/
bus. Jdē vero Apꝰ ante talē confortatio/
nem dixit. Neſcio hominem hunc.

De iuſticia politica.

Capitulum. 37.

Iuſticie politice ẜm Macrobium
eſt ſeruare vnicuiqꝫ qđ ſuū ē. Juſti
cie purgatorie ſecūdū eundē eſt ad
vnā cuiuſqꝫ ꝓpoſiti viā vniuſcuiuſqꝫ virtu
tis officium conſeruare vſqꝫ ad vltimū de/
ſcendēdo. Juſticie autē purgati ai eſt ita cū
ſupna mente ſociari vt ſeruet cū ea fedus ꝑ
petuū imitando. Juſticie exemplaris eſt ꝙ
perenni lege ſempiterna opis ſui ꝯtinuatio
ne nō flectitur. partes iuſticie ẜm Tullium
ſunt ſex. ſ. religio. pietas. grā. vindicatio.
obſeruantia. veritas. Religio ẜm eundem
Tulliū eſt virtus que ſuperioris cuiuſdam
nature quā diuinā vocant curā cerimoniū/
qꝫ affert. pietas eſt per quā coniunctis ſan/
guine ⁊ beniuolentia offīciū ⁊ diligens tri/
buitur cultus. Gratia eſt in qua amicitia
rū ⁊ officiorum alterius memoria. ⁊ remu/
nerandi voluntas continetur. Vindicatio
ē per quam vis ⁊ iniuria. ⁊ oē qđ ob futurꝫ
defendendo atqꝫ vlciſcendo ꝓpul af. Ob/
ſeruantia ē virtus per quā hoies aliqua di/
gnitate antecedentes cultu quodā ⁊ honore
dignantur. veritas eſt virtus per quā imu
tata ea que ſunt. aut fuerunt. aut futura di/
cuntur. Nota ꝙ iuſticia non tam eſt virtus
ſpecialis q̄ȝ generalis. vt habes ſupra de v
tutibus cardinalibus in genere. Juſticia vt
dicitur in libro ſapientie eſt perpetua multi
plici ratione primo quia perpetuat animam
ſtabiliendo eā in debito loco. ſ. ſub deo ⁊ ſu
pra corporales creaturas. ſecundo quia ma
nebit in patria ſecundū eſſentiā ⁊ vſū. Alie
autē virtutes cardinales ⁊ ſi maneant i pa
tria ſecundum eſſentiā non tamen ſecundū
omnē vſū. Tēperantia enim non refrena/
bit motus illicitos. prudentia non cauebit
ab inſidijs. Fortitudo nō aggredietur ter/
ribilia. Juſticia ꝑuertitur tripliciter. ſ. amo
re ꝑſone. vel pecunie. Jſa. vii. vbe qui iu/
ſtificatis impiū pro munere. Timore euan
geliū. Nolite timere eos qui occidunt cor/
pus. Rancore. Jdē. ſciens ꝙ per inuidiaꝫ
tradidiſſent eū. plura mouent ad rectitudi/
nem iuſticie. primum eſt rectitudo humani
corporis. quia indecens valde ē in recto cor
pore curuū habere animū. ſecūdū ē natura
lis inclinatio. qꝛ vt ait Aug. Juſticia ē i cor
đ hoīs naturaliter. tertiū qꝛ bruta aīalia do
cent multa que pertinent ad iuſticiā. vt ē in
nocentia. cōcordia. ⁊ huiuſmodi. quartuꝫ ē
ſcriptura. eccl. 4. vſqꝫ ad mortē certa ꝓ iu/
ſticia. effectus iuſticie ē qꝛ beatificat. Mat.
quinto. Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſticiā
Petrus. Si quid patimini ꝓpter iuſticiaꝫ
beati. Qua exaltat. eccl. ſecundo. Qui ope
ratur iuſticiam exaltabitur. quia appetitum

concupiſcentie refrenat. Iſa.xi. Erit iuſti/
cia cingulum lumboꝝ eius. q2 locū deo pre
parat pſal. 88. Iuſticia ꝛ iudiciū preparatō
ſedis tue q2 a morte eterna liberat prouer.
Iuſticia vero liberabit a morte. Quia co/
ronat Thimo. 4. Repoſita eſt mihi corona
iuſticie. Quia remunerat pſal. xvii. Retri
buet mihi dn̄s ſecundum iuſticiam meam.
Iuſticia conſiſtit in fide. Apꝰ. 2. Credidit
Abrahā deo. ꝛ reputatū eſt ei ad iuſticiam.
Itē in oratione pſal. 33. Clamauerūt iuſti.
ꝛ do. ex. e. In ſancta meditatōe. Eccl. Be
atus vir qui ī ſapientia morabitur. ꝛ in iuſti
cia meditabitur. In humiliatione. Math.
Sic decet nos implere omnem iuſticiam.
Glo. Perfecta iuſticia ē ſubdere ſe mino/
ri in eruditione ꝓuer. Seminanti iuſticiā
merces fidelis.

De donis in communi.

Capitulum. 38.

Licet oēs habitus dati diuinitus poſ/
l ſint dici gn̄aliter dona dī. Spāliter
tn̄ ꝛ appropriate ſeptē ſt dona ſpūs
ſancti que ꝑ ordinē. Iſa. xi. cap. Enume/
rat a ſummo īcipiēs vſq3 ad vltimū deſcen
dendo. Septe3 igitur ſunt dona multiplici
rōne. Primo vt ꝑ hec ſeptē expellantur vi
tia ſeptē. ſ. vt timor expellat ſupbiam. Pie
tas inuidiā. Scia iram que eſt quaſi quedā
inſania. Fortitudo accidiā. Conſilium aua
ritiam intellectus gulā. Sapientia luxuriā.
ſecundo dicunt eē ſeptē dona ꝓpter expedi
endas vires naturales. Nā iraſcibilis īdi/
get expediri tā in proſperis q̄3 in aduerſis
in ꝓſperis quidē per timorem. In aduer/
ſis aūt per fortitudinem. Concupiſcibilis
indiget expediri quantū ad effectum reſpec
tu ꝓximi. quod fit ꝑ pietatē ꝛ quātū ad effec
tum reſpectu dei quod fit ꝑ guſtum ſapien/
tie. Rōnalis vero indiget expediri in veri
tatis ſpeculatione quod fit per donū intellec
tus. ꝛ in veri electiones. quod fit ꝑ conſiliū
donū atq3 in electi executione quod fit ꝑ ſciē
tiam. per hanc enim recte conuerſamur in
medio nationis praue ꝛ peruerſe. tertio di/
cuntur eſſe ſeptē dona ꝓpter regimē actiue
ꝛ contēplatiue vite. Contēplatiua ſiquide3
tria dona d3 habere. ſ. timorē ad reuerenti
am maieſtatis. intellectū ad intelligentiam
veritatis. Sapientiam ad guſtū bonitatis.
Actiua vero h3 pietatē ad agendum fortitu
dinem ad ſuſtinendum ſcientiam ad diſcre
tionē pietatis conſilium ad diſcretione3 for
titudinis. plurima ergo dona ſunt ad intel/
lectum ſpectātia. quia lux cognitionis mul
tum valet ad recte viuendum propter ean/
dem cauſam fit donoru3 cōbinatio vbi qua
ſi ſemper adiungitur vnū directiuum cum
alio quod ſpectat ad actionē vel paſſione3.
Vnd̄ Greg. ſuper Ezechi. Dicit q̄ ſumꝰ
per ſapientiā maturi. per intellectum proui
di. per conſilium cauti per fortitudine3 ani
moſi. per ſcientiam diſcreti. per pietatē mi/
ſericordes. per timorem humiles.

De timore in cōi.

Capitulum. 39.

Timor eſt vt ait Auguſ. fuga mali.
t Spēs timoris ſunt ſex. primus eſt
naturalis quo quilibet naturaliter
timet nocumentum nature iſte non eſt me/
ritorius neq3 demeritorius. quia non ſubia
cet libero arbitrio ꝛ dicitur naturalis non a
natura inſtituta ſed deſtituta. quia iſte timō
eſt ꝓ peccato primorum parentum inflictuſ
hoc timore xp̄s naturaliter mori timuit. Se
cūdus eſt timor humanus quo quis nimis
timet pelli ſue iſte timor naſcitur ex nimio
amore preſentis vite. ꝛ eſt quandoq3 mor/
talis actus eius. i. cum prius quis peccaret
mortaliter q̄3 amitteret vitam ſuam quando
q3 eſt venialis. vt cū quis faceret prius pec
catum veniale q̄3 permitteret ſe occidi. Ter
tius eſt timor mundanus quo quis nimis
ſuis rebus inheret. Hin naſcitur ex nimis
amore rerum temporalium ꝛ eſt quandoq3
mortalis quandoq3 venialis penitus codē
modo quo dictum eſt de humano. quartus
eſt timor ſeruilis quo quis timet peccare pri
cipaliter propter penam. quintus eſt timor

initialis quo timet quis penam ⁊ dei offenſam. Vnde quaſi duos habet oculos. vnū ad penam. alium ad deum. ⁊ hic eſt principalior. Sextus eſt timor filialis quo quis timet offenſam dei. vel ſeparationem a deo. Numerus predictorum timorum ſic accipitur. Aliquis timor eſt a ſpiritu ſancto ⁊ cū ſpiritu ſancto. ſicut timor initialis ⁊ filialis. Aliquis a ſpiritu ſancto eſt ⁊ non cum ſpiritu ſancto eſt. ſicut timor ſeruilis. Aliquis eſt cum ſpiritu ſancto. ⁊ non a ſpiritu ſancto. nec cum ſpiritu ſancto ſicut timor naturalis. Aliquis nec a ſpiritu ſancto: nec cum ſpiritu ſancto: ſicut eſt timor humanus ⁊ mundanus quos nec ſpiritus ſancti gratia ſecum compatitur. nec per ſpiritum ſanctū dantur. Eſt adhuc alius timor reuerentie qui ſolus inter timores erit in patria. ſicut dicit pſalmus. 16. Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. reuerentia vero eſt reſilitio a conſiderata magnitudine dei in propriā paruitatē. Timor domini multa bona facit. Primo quia expellit pecatum. eccleſie. j. Timor dñi expellit peccatum. Sapientiā gignit. eccl'. primo Qui timet nihil negligit. Mentem ſtabilit. prouer. Niſi in timore domini tenueris te inſtanter ſubuertetur domus tua Spiritualiter data. pſalmus. Non eſt inopia timentibus eum Bona opera cumulat. eccl'. 15. Qui timet deum faciet bona. Cor delectat. eccl'. Timor domini delectat cor. vitam prolōgat. eccl'. j. timor domini apponit vitam. Deuotionem irrigat. eccl'. primo. timor domini fons vite. eternaliter remunerat. eccl'. j. timenti deum erit in extremis.

## De timore ſeruili.

## Capitulum. xl.

Timor ſeruilis donum ſpiritus ſancti eſt. non tamen eſt cum ſpiritu ſācto. ſicut aurora eſt a ſole non tamē cum ſole. Timor ſeruilis ſpiritui ſancto locum preparat. vt cum ſicut ſeta filum introducat. Seta filum introducendo ipſū precedit. non tamen cum ipſo permanet: ſicut ait Aug. Timor ſeruilis eſt bonum quo nemo bene vtitur. q: licet habitus timoris ſeruilis bonos ſit in ſe ſcḋm ꝙ donum ſpiritus ſācti eſt. tamen eius actus quandoq; peccatū eſt. Timor itaq; ſeruilis duo facit: primum eſt ꝙ preparat viam charitati. Secundum eſt ꝙ retrahit a peccato motu pene tantum. Ratione primi bonus eſt. ſed ratione ſecūdi diſtinguitur. Vnde notandum eſt ꝙ vſus timoris ſeruilis duplex eſt. ſ. cum quis vtitur eſſentia habitus tantum vel cū quis vtitur ſeruilitate. primo modo vſus eius bonus eſt. Nam vſus ille abhorret penas eternas quod bonum eſt. cum ſit etiam in timore initiali. Secundo modo vſus eius malꝰ eſt. quia vſus eius vitare malum ex coactione per penam. cuius tamen affectus habetur in voluntate. ⁊ ſequeretur effectus ſi ſperaretur impunitas. vt ait Auguſt. ⁊ intelligitur dictum eius qui ait. ꝙ timor ſeruilis bonus eſt. non tamē qui timet ſeruiliter bene agit. quia agere bonum eſt ex voluntate facti. ſed agere bene ideſt meritorie eſt ex voluntate agentis. qui agit ex virtute charitatis ⁊ gratie.

## De timore initiali.

## Capitulum. 41.

Timor initialis ideo ſic dictum eſt. quia eſt incipientium primū penitere. Vnde Iſa. 29. Domine a timore tuo concepimus ⁊ peperimus ſpiritum ſalutis. Qui adhuc ſūt in anguſtia pro peccato quod commiſerunt. ſed anguſtia hoc foras mittitur. quando conſciantia ſerenatur ad plenum. quia perfecta charitas foras mittit timorem initialem inquantū habet naturam timoris ſeruilis ſecundū hoc quod ſcilicet habet occulum ad penam. Timor enim initialis habet duos occulos. vnum ad gloriā qui eſt ei eſſentialis. alterū ad penā qui eſt ei accidentalis. ſ; timore ſeruili. eſſentialis. Preterea timor initialis abſtinet a peccato veniali propter penā purgatorii in quo caſu pōt conuenire cū pfecto q eſt

timet penam purgatorij. inquantum eſt di
latiua glorie. ſiue ſeparatiua ad tempus.
Duplex eſt amor. ſ. filialis quo deum dili/
gimus propter ſe tantum ⁊ mercenarius:
quo non diligimus principaliter: ſed ſecun
dario habito reſpectu ad mercedem. huic
duplici amori reſpondet duplex. ſ. initialis
⁊ filialis. Nam filialis timor reſpōdet amo
ri filiali. initialis vero reſpōdet amori mer
cenario.

De timore filiali. Capitulum. 42.

Timor filialis proprie timet offen/
dere deum. qui ⁊ ſi propter pecca/
tum non ſepararetur a deo. tamen
a peccato abſtineret nec ipſum offenderet.
Et in hoc timor filialis differt ab initiali. ꝗ
proprie eſt timor ſeparationis: qui propter
conſcientiam peccati timet ſeparari a deo.
Timor vero filialis tantummodo timet of/
fendere deum. Alia eſt differentia. q: timō
initialis eſt imperfectorum: ſed filialis per/
fectorum. Tertia eſt differentia: q: cum in
timore pene ſint duo. ſcilicet punitio ⁊ cau/
tela. Ipſa punitio pertinet ad timorem ini
tialem. talis enim punitio eſt ex conſcientia
peccati de quo neſcit an ſit dimiſſum. Cau/
tela vero pertinet ad timorem filialem. ſicut
enim perfectus cauet peccatum. quia deum
offendit ita per conſequens cauet penam.
ſed tamen per accidens timor etiam filialis
dicitur ſanctus ⁊ caſtus.

De dono pietatis. Capitulum. 43.

d Onum pietatis in tribus conſiſtit.
ſcilicet in cultu dei. in veneratione
ſacre ſcripture. ⁊ in proximi hono/
re. Cultus dei conſiſtit in profeſſione diui
ne maieſtatis. ⁊ hoc eſt theoſebia. Venera
tio ſacre ſcripture cōſiſtit in hoc. vt ei firmi
ter credatur. vt ſollicite cuſtodiatur. ⁊ fideli
ter diſpenſetur. Honor proximi cōſiſtit in
reuerentia ſuperiorum in cōformitate equa
lium et in ſubuentione inferiorum.

De dono ſcientie. Capitulum. 44.

Cientie donum ſimilem actum ha
bet cum prudentia. quia eſt virtus
politica ſed differt in ratione agen/
di. Prudentia enim procedit ex principijs
iuris naturalis. Scientie vero donum ex
principijs fidei. Proprius actus ſciētie do
ni eſt docere recte conuerſari in medio na/
tionis praue ⁊ peruerſe. Ad quod requirū/
tur tria. Primum eſt ꝙ habeat rationes ꝗ
bus ſe defendat ab impugnantibus fidem
ſuam. Secundum eſt ꝙ a malo abſtineat.
Tertium ꝙ bene ⁊ prudēter temporalia am
miniſtret. Propterea ſcientie doni eſt diri
gere opera ad normam rationis ⁊ ad con/
formitatem dei. Item per ſcientie donū ſci
tur ne ſub ſpecie boni malum lateat. Item
donum ſcientie regit pietatem. propter qđ
etiam hec duo combinantur. Item per do
num ſcientie ſcit homo quid ſit: ⁊ a quo ſit.
⁊ ad quid ſit. Scientie donum eſt ſcientia fa
ciendorum. ⁊ ideo ratione ſcientie conſiſtit
in cognitione ſm quam non virtus ſed ra/
tione faciendorum conſiſtit in operatione:
⁊ ſecundum hoc eſt virtus.

De dono conſilij. Capitulum. 45

Onſilium ſumitur tribus modis.
quandoqꝫ dicitur conſilium delibe
ratio de rebus valentibus ad finē
ad quem tendimus. ⁊ tale cōſilium pertinet
ad prudentiam. vel idem eſt ꝙ prudentia.
quandoqꝫ dicitur conſilium perſuaſio rerū
excellentium ad quas non tenemur. ſm ꝙ
dicitur hoc eſſe conſilium. Si vis perfectus
eſſe vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ cetera
Quandoqꝫ dicitur conſiliū prudentia val
de exercitata in medio contemplatiuorū et
actiuorum donorum ⁊ deliberatio de operi
bus arduis. ſiue teneamur ad ea. ſiue non
⁊ ſm hoc ſumitur conſilij donum. Nota ꝙ
ſicut ad ſcientie donum pertinet reprobare
malum ⁊ eligere bonum ita pertinet ad con
ſilium cauere pericula que ſunt in hoc ſecu
lo. Item ſicut ſcientie donum habet regere
pietatem. ita donum conſilii habet regere
fortitudinem. In hoc autem differunt con/
ſilium ⁊ ſcientia. quia ſcientia eſt circa bonū
⁊ malum. ſꝫ cōſiliū eſt circa difficile ⁊ arduū

De dono ſapientie ⁊ intellectus.

Capitulumi. 46.

ſ Apientia ꝛ intellectus differunt. qꝛ ſapia eſt cognitio dei abſolute. intellectꝰ vero ē cognitio collocatiue. ſ. in cōparatione ad creaturas. Itē alia dĩa. qꝛ intellectu cognoſcitur deus ꝑ illuminatioēꝫ de auditis in ſcriptura ſapia autem cognoſcitur ipſo experimento. Item per intellectum deū cognoſcimus. per ſapiam dulcedinē eius guſtamus. Vñ ſapia dicitur quaſi ſapore virtutum condita ſcia. Item ſicut dicit Grego. per intellectum ſumus ꝓuidi. per ſapiam maturi.

De beatitudinibus in gñe.

Capitulum. 47.

b Eatitudines ſunt ſeptem ſecūdū diſtinctionē graduū. quãuis ſint octo ſecundū eſſentiam quas ſaluator enumerat in ſermone de monte. ſ. pauptas ſpūs mititas luctus. eſuries iuſticie miſericordia. munditia cordis. pax quarū beatitudinū numerus ſic accipitur ſecundū integritatem pfectionis. Requiruntur autē ad integritatem pfectionis tria. ſ. receſſus a malo. ꝓceſſus i bono. ꝛ pfectus ſtatus i optimo. ſanc autē oē malū ꝓcedit ex timore ſupbie. aut ex rancore malitie. aut ex langore cōcupiſcentie. Cōtra hec tria ſunt tres beatitudines. ſ. paupertas ſpūs cōtra malum timoris. mititas contra malum rancoris. luctus contra malum libidinis. Item ꝓfectus attenditur ſecundū mutationē que eſt ſecūduꝫ duas vias dñi. ſ. miſericordiā. ꝛ veritatem de qbus in ps. i. Vniuerſe vie dñi miſericordia ꝛ veritas. Itē ſecundum has duas vias ſumuntur due beatitudines. ſ. eſuries iuſticie ꝛ affectus miſericordie. preterea ſtatur in optimo attendiť duobus modis. ſ. in limpidia cognitōe. ꝛ tranquilla affectione. ꝛ ſecundū hoc ſumuntur due vltime beatitudines. ſ. munditia cordis ad deū vidēdū ꝛ pax mētis ad pfecte fruendū. ꝑ has ſeptē beatitudines excludūť ſeptē capitalia vitia. pauptas ſpiritus excludit ſupbiā. Māſuetudo irā. Luctus inuidiā quoniā q luget ꝓ peccatis alioꝝ nō inuidet illis. Eſuries iuſticie accidiā. Miſericordia auaritiaꝫ. Mũditia cordis gulā. qꝛ cordiſ munditia nō ſeruit ventri ad modū bruti animalis pax excludit luxuriaꝫ. quia guſtato ſpū decipit ois caro. Et ſicut in enumeratione donoꝝ ē ordo artificialis quo primo ponuntur digniora. ita in beatitudinibus eſt ordo naturalis vbi digniores ponuntur vltimo.

De prima beatitudine.

Capitulum. 48.

p Aupertas ſpūs ponitur hic ꝓ abſtinentia ab amore mundi. i. ab amore carnalium voluptatū ꝛ diuitiaꝝ ac ꝓprie excellentie. Hec tria ꝯplectiť amō mundi. Vñ dicitur ſup Lucā. pauperes ſt qui non querunt illecebroſa. Sup Math. Grego. pauperes ſpū ſūt humiles ꝛ timētes deū. alia gloſa dicit ꝙ pauperes ſunt qui nihil habent ꝛ omnia poſſident.

De ſecunda beatitudine.

Capitulum. 49.

m Itis eſt ſicut dicit Ariſt. q nec patitur nec deducitur. Eſt autem mititas eadē cū manſuetudine. habetur enim in glo. ſup Math. ꝙ māſuetus eſt q nullam amaritudinē ſentit. ex quo pꝫ ꝙ māſuetudo eſt purgati ai ꝛ pōt dici ꝙ manſuetudo ē ſpēs fortitudinis mediante patiētia. Differunt tñ manſuetudo ꝛ patientia. quoniam patientia eſt in ſuſtinentia moleſtiarū corporalium. manſuetudo in ſuſtinentia cōtumeliarum.

De tertia beatitudine.

Capitulum. 50.

l Uctus eſt lugere ꝓ peccato. ꝛ ipſū odire. ita ꝙ inſurgamus ad deſtructionem ipſius. Lugere autem de malo vt fugiamus ipſum. inquantum auertit ab amico. ſic lugere eſt ſolius charitatis. Lugere autem de quolibet malo ſpeciali ē cuiuſlibet virtutis. Quelibet enim virtus luget de ſuo contrario.

De quarta beatitudine.

Capitulum. 51.

e Xuries iuſticie eſt vehemēs deſiderium iuſticie ſiue ſūmi boni. Eſuries

autem iuſticie potius eſt beatitudo q̃ʒ eſuri es aliaꝝ virtutū cardinalium. quia per iuſti ciā imediate coniungimur deo quod nō fit ꝑ alias virtutes cardinales. Juſticia enim ꝓut hic ſumiť cōprehendit fidē ſpē charita tem que immediate cōiungunt nos deo.

De quinta.

Capitulum. 52.

m Iſericordia eſt ꝑ quā ꝓ terrenis ce leſtia meremur. Opera miſericor die ſunt. 14. ſ. ſeptē corꝑalia. ⁊ ſeptē ſpūalia. Corꝑalia ſūt hec viſitatio infirmo rū cibatio exurientiū. Potatio ſitientium. Redēptō captiuoꝝ. Veſtitio nudoꝝ. Col lectio ꝑegrinoꝝ. Sepultura mortuorum. Prima ſex de iſtis habemus de euangelio ſeptimā de thob. Oꝑa ſpūalia ſūt hec De linquenti ignoſcere. Peccantem corripe: Jgnorantem docere. Titubanti conſulere. Meſtum conſolari. Pro ſalute ꝓximi exo rare. Jniurias ſuſtinere. Et hoc vltimum ꝓpterea dr̃ opus miſericordie. quia reſpon ſio mollis ⁊ humilis frangit iram ⁊ hoc piū eſt. ſ. furorem irati mitigare.

De ſexta.

Capitulum. 53.

m Vnditia cordis eſt qua clarificatur cor ⁊ mundatur ad videndū deum ⁊ ardentiſſime diligēdū. Accipitur aūt munditia cordis hic nō ꝓ virtute. ſʒ pro ſtatu quodā qui eſt purgati animi.

De ſeptima.

Capitulu**ʒ**. 54.

p Ax eſt ſtatus virtutis i quo eſt delec tatio in deo ſine cōtradictione car nis mundi ⁊ diaboli. vel ſi aliqua ē ineffica**x** ē. Vnde pʒ q̄ par ē ſtatus ai pur gatiſſimi. Pacificis autē magis attribuiť eſſe filios dei q̃ʒ alijs. q̄ꝛ lʒ miſericordia ma xime aſſimilet hominē deo quantuʒ ad oꝑa exteriora tñ quantū ad interiora magis aſſi mulat pax.

De octaua.

Capitulum. 55:

o Ctaua beatitudo ē de qua dr̃ bti qui perſecutionē patiunť ꝓpter iuſticiā quia ipſoꝝ ē regnum celoꝝ. Hec virt⁹. ſ. ſuſtinentia ꝑſecutionū ꝓpter iuſticie ānexa ē paci. cū enim pacificus ſic abſq̄ʒ contradic tione carnis mundi ⁊ diaboli. pʒ q̄ idē pa ratus ē ſuꝑare tentationē mortis ꝓ xp̄o i eo dē gradu eſt cū pace. ꝓpter hoc diximus q̄ octo ſunt btitudines quantū ad eſſentiaʒ. ſʒ tantuʒ ſeptem q̃ʒtum ad diſtinctionem gra duum q̄m ſuper paceʒ non eſt virtus alia: Dicit eni Aug. Pax ē finis ⁊ conſumatio omnium virtutum. Octaua beatitudo dici tur redire ad caput duobus modis. primo quia idem primum ſibi ꝓmittitur q̄ prime beatitudini. ſ. regnū celoꝝ. 2° quia omnes ꝓbant a prima vſq̄ʒ ad vltimam vtrum ve re ſint. Vnde Greg. Qualis vnuſquiſq̄ʒ apud ſe lateat. illata contumelia ꝓbat. Ex his dictis colligitur q̄ habitus virtutū car dinalium principaliter diſponūt ad exerciti um actiue habitus vero donorum diſponūt ad actus contemplatiue maxime habit⁹ ve ro beatitudinum diſponunt ad perfectionē vtriuſq̄ʒ.

De ſenſibus ſpiritualibus.

Capitulum. 56.

p Er ſenſus ſpūales percipit anima ſpūalia quia videt ſpōſi ſui pulchri tudinem ſub rōne ſplendoris audit amenīſſimā armoniā ſub rōne verbi. Gu ſtat ſummā dulcedinem ſub ratione ſapien tie comprehendentis vtrunq̄ʒ. ſ. verbum ⁊ ſplendorem. Odorat ſummam fragrantiā ſub ratione verbi inſpirati. Tangit ſummā ſuauitatem ſub ratione verbi incarnati. ⁊ i ter nos corꝑaliter habitantis. reddentis ſe nobis palpabilem. ⁊ oſculabilem per ardē tiſſimam charitatem. Ex predictis pʒ q̄ ſē ſus ſpuales dicuntur conceptiones menta les circa virtutem contemplandandam que qdē contēplatio incipit a ſenſu. ⁊ peruenit ad imaginationem ⁊ de imaginatione ad rationem ⁊ de ratione ad intellectum ⁊ de intellectu ad intelligentiam ⁊ de intelligen tia ad ſapientiam ſiue notitiam exceſſiuam que incipit hic in via ⁊ conſumatur i gloria

De fructibus ſpiritualibus.

Capitulum. 57.

Fructus duodecim ſpirituales nō dicuntur nouos habitus: ſed ſtatus conſolationū quibus conſolaī ſpūs iuſtorum: ⁊ iſte delectationes conſequentur opera perfecta. Sunt autē iſti fructus charitas. Gaudium. pax. Patientia Longanimitas. Bonitas: Benignitas. Manſuetudo. Fides. Modeſtia. Continentia ⁊ Caſtitas.

De dulia ⁊ latria.

Capitulum. 58.

Latria ⁊ ſeruitus ⁊ reuerentia deo exhibita vnde ſi creature exhibetur honor deo debitus eſt idolatria. Latria cōprehendit quinqʒ. ſ. Fidem. Sapiētiam. Reuerentiam. Sacrificium ⁊ Orationē. Prima duo ſunt cordis. alia duo ſūt operis. vltimum eſt oris. Dulia debet creature inquātum eſt imago dei. Unde dulia eſt honor qui debetur ſanctis. Unde de beata virgine ſciendum eſt: ꝙ inquantum eſt perſona ſancta debetur ei dulia: ſed inquantum mater dei debetur ei iperdulia. i. ſuperior dulia. Sane ſi perſona cui debetur dulia eſt in prelatione conſtituta debetur ei reuerentia que conſiſtit in obedientia mandatorum. ⁊ in exhibitione bonorum. Si autem eſt perſona ſimplex debetur ei reuerentia tantum que conſiſtit in exhibitiōe bonorum. Iperdulia debentur creature excellēti ſicut eſt caro chriſti. beata virgo. crux xp̄i.

Unde ſciendum eſt ꝙ vere ligno crucis chriſti in quo pependit ſiue ſit figurata ſigno crucifixi debetur iperdulia. qꝛ eſt inſtrumentum noſtre redemptionis. crucibus autem factis inquantum ſunt lignum ſiue res tales nihil debetur. ſed crucibus factis in ſignum chriſti crucifixi debetur latria. Imaginibus autē eadem debetur adoratio que debetur ⁊ illis quorum ſunt imagines non inquantum res facte adorantur. ſed illos quorum ſunt imagines adoramus.

De preceptis in genere.

Capitulum.56

Preceptum eſt imperium faciendi aliquid. vel non faciēdo. Preceptorum alia ſunt affirmatiua. vt honora patrem. alia negatiua vt non occides precepta affirmatiua ſtricte ſumendo dicuntur precepta. ſed negatiua dicuntur prohibitiones. Precepta affirmatiua obligāt ſemper. ſed non ad ſemper. Sed negatiua obligant ſemper. ⁊ ad ſemper. Precepta decalogi poſſunt dici data vel innata. Primo modo tantum pertinent ad populum Iſraheliticum. Secundo modo ad omnes ⁊ obligant. quia quicquid continet decalogus explicite. hoc continet lex nature que ſcripta ē in corde cuiuſlibet implicite. Iſtud enī preceptum legis nature. ſ: Quod tibi non vis fieri: alijs ne feceris. includit hec precepta. Non occides. Non furtum facies. ⁊ huiuſmodi que decalogus ponit explicite. Quedam precepta traduntur imperatiue. ſcilicet illa que ſunt affirmatiua. quedam iudicatiue. ſcilicet negatiua. ⁊ hoc ideo quia difficilius eſt facere bonum q̄ʒ declinare malū plures enim in faciendo bonum requiruntur circunſtantie. In quibuſdam preceptis prohibetur actus ⁊ effectus. vt patet in his. Non mechaberis. Non concupiſces rem proximi tui. quia appetitus eſt nimis ordinatus ad illa. In quibuſdaʒ ſolummodo prohibentur actus. vt cum dicitur. non occides. Hoc dico ſm formam tradendi. non per virtutem intelligendi. quia omnia precepta negatiua coercent manum ⁊ animum. Multis modis ligamur. ſ. lege nature. vt eſt diligere deum ſuper omnia. Et nulli facere quod nobis fieri nolumus. preceptis diuinis vt legabatur Adam preceptis ſibi datis. ⁊ iudei ſuis. Uotis. quia ſm Auguſtinum. Uouere eſt voluntatis: ſed reddere eſt neceſſitatis. Unde quibuſdam conſilia etiam precepta ſunt. ſicut religioſis q̄ vouerunt talia decretis patrū. vt ē ieiunare aliq̄s vigilias. ⁊ huiuſmōi. Conſuetudīe

ſm ꝙ in Francia primogenitus ſuccedit i regno. Mandatis prelatoꝝ. Vnde ſup cathedram Moyſi. ꝛc. Conſcia. qꝛ ſm Augu. Quicquid contra conſcientiam edificat ad gehēnam. Numerus ꝑceptoꝝ ſumitur ſic: qꝛ quedam ordinant nos ad deum quedam ad proximum. Quod deus inſinuare voluit quando in duabus tabulis legē dedit. In prima tabula ſunt tria precepta que pertinent ad deum. Primum pertinet ad patrem: qui eſt de diuina vnitate. Secundū ad dei filium qꝛ eſt de iuramenti veritate. Tertium ad ſpūm ſanctum: qꝛ eſt de ſpirituali vocatione. In ſecunda tabula ſunt ſeptē precepta ad proximum ſpectantia. Primū eſt de exhibendis bonis vt eſt illud. Honora patrem tuum ꝛc. Reliqua ſex ſunt de cauendis malis que inferri poſſunt corde vel opere: vel ore. Opere ledimus proximū tripliciter. propter quod dantur tria ꝑcepta Primum eſt non occides. Secundum nō mechaberis. Tertium non furtum facies. Ore quoqꝫ ledimus proximum. ꝛ contra illud non dices contra proximum tuum falſum teſtimonium. Corde ledimus proximū dupliciter. Quandoqꝫ reſpectu rei irrationalis. de hoc dicitur. Non concupiſces reꝫ proximi tui. Quandoqꝫ reſpectu rei rationalis. ꝛ de hoc dicitur non concupiſces vxorem proximi tui.

De primo precepto.

Cap. itulum. 60

p Rimum preceptum habet tres clauſulas. prima eſt non habebis deos alienos coram me. Vbi prohibemur adorare creaturas ſpirituales ſcilicet angelos. Secunda eſt nō facies tibi ſculptile. hoc eſt imagines fictas que nulliuſ rei naturalis ſunt repreſentatiue. Tertia eſt neqꝫ omnem ſimilitudinem ſcilicet imaginem rei naturalis ꝛ ſequitur que eſt in celo deſuper ſolis ꝛ lune: ꝛ que in terra deorſūꝫ vt hominis bouis ꝛ hmilium. Neqꝫ eorum que ſunt in aquis ſub terra. i. piſcium non adorabis ea. ſ. actu exteriori. neqꝫ colles. i. affectu interiori. Ex his patet ꝙ non reprehenduntur chriſtiani qui faciunt imagines nō quidem ad adorandum. ſed ad memoriam dū. Honor autem qui exhibet nō eſt latrie ſed dulie. Scḋꝫ rōnem allegoricā. Prima clauſula huius precepti oſtendit iudeos ꝛ ſaracenos eſſe idolatras qui deoſ habent alienos. Iudei quidem Meſſiam. Sarraceni Maugmeth. Contra ſcḋam clauſulā. ſ. nō facies tibi ſculptile faciunt heretici peſſimi q non credunt de deo. niſi qꝫ imaginatiōe ſua ꝛ fantaſia confingunt. Contra tertiam faciunt mali quia ſuperbi colunt ſimilitudinem eorum que ſunt ſuper terram. ſ. honores: diliguntqꝫ prelaturas. Auari colunt ſimilitudineꝫ eorum que ſunt in terra. ſ. pecuniā ꝛ diuitias. voluptuoſus colit ſimilitudineꝫ eorum que ſunt in aqs. i. delitias voluptatiſ

De ſecundo.

Capitulum. 61

ſ Ecundum eſt. Non aſſumes nomen dei tui in vanum: Hic prohibetur iuramentuꝫ quod fit ſine cauſa ꝛ periurium. Vterqꝫ enim peccat. ſ. pro nihilo iurans. ꝛ fal ſo iurans aſſumit nomen dei in vanum. qꝛ primus ſine cauſa nominat ſummam veritatem. Secundus aūt nominatā contēnit. Tribus modis qs peccat in periurio vel iurando contra conſcientiam vel iurando illicituꝫ vel veniendo contra iuramentum. Preterea ſciendūꝫ eſt ꝙ iuramenta que quis ex certa ſcientia facit vt ſonant in blaſphemiam. vt quando quis iurat per corpus dei: ꝛ ſimilia vel ſonant irreuerentiam: ſicut quando iurat per vulnera chriſti ſunt peccatum mortale vel graue etiā ſi verum eſt quod iurat iſtud preceptum nō ſolum intelligitur ſm predictam rationem litteralem: ſed ſm intentionem moralem aſſumitur. n. nomen dei in vanum multipliciter. ſ. corde. ore. ꝛ opere. cōde ſicut mali qui tantum nomine ſine re dicuntur chriſtiani qui lꝫ ſacramentum receperunt baptiſmi tñ rem ſacri non habent ideſt gratiam. Ore. ſ. mala iuratione voti tranſgreſſione predica

tione ſacta vna intentione ⁊ indeuota ora/
ti one de qua dr̃ ppl's hic labijs me honorat
⁊c̃. Opere ſcdm q̈ hypochrite nomen dei
aſſumunt in ſimulatione operis exterioris
non in puritate cordis. Unde ſumũt in va
num quia receperunt mercedem ſuam.

De tertio precepto.

Capitulum.lxi.

t Ertiuȝ eſt. memento vt die̅ ſabba
tiſanctiſices non facies oẽ opus in
eo hoc precepto quoddã ẽ morale.
vt vacatio que ad deuȝ ẽ orando colẽdo me
ditando quoddam cerimoniale vt aſſigna/
tio diei ſeptimi qui ſignat tripliceȝ ceſſatio/
nẽ peccati. Allegorice quieteȝ corporiſ xpi
in ſepulchro. Anagorice requiem eternam
in celo. Iſtud ergo preceptum põt tripliciter
accipi. Primo generaliter vt ceſſemus a
vitijs. ſecundo ſpecialiter vt ceſſemus ab/
operibus corporalibus que ipediunt vaca/
tionem ad deum. tertio ſpãliſſime. vt ẽ i vi
ris contemplatiuis q ab oibus mũdanis ſe
ſeparant vt totaliter deo vacent. Prima
vacatio eſt neceſſaria. ſcða debita. tertia per
fecta. Scðȝ ergo q̈ ſabbatum dicitur requi
eſ ſiue vacatio ad deuȝ ſic dies dominica po
teſt dici dies ſabbati ⁊ quelibet dies ſtatu/
ad venerationem diuinam in quibus ceſ/
ſandum eſt ab opere ſeruili. i. a peccato. ⁊
ab opere impediente vacationem ad deum
Opera enim ſeruilia determinãtur ab eccle
ſia vt opera mechanica que ſunt agricultu/
ra mercatum placita exercita.

De quarto precepto. Capitulum. .65.

Quartum eſt. Honora patreȝ tuũ ⁊
q matreȝ tuam. Huic precepto addi
tur promiſſio. ſ. vt ſis longeuus ſu
per terram quia iuſtũ eſt vt conſeruacio vi/
te aliene mereatur conſeruationem vite pro
prie. Pater dicitur in hoc mandato qui eſt
principium per generationem quo ad eſſe
nature vt pater carnalis. vel qui eſt princi
pium per miniſterium regenerationis quo
ad eſſe gratie. vt pater ſpiritualis. Sumi/
tur alio modo pater non ſm rationem pro/
priam. ſed ſm rationem perſone qui dicitur
pater etate vel pro rege qui dicitur pater de
fenſione. Honor hic intelligitur dupliciter
ſcilicet exhibitio corporalis in ſuſtentatione
⁊ ſpiritualis in reuerentia ⁊ obedientia. ſȝ
in obedientia diuerſificatur ſm diuerſitateȝ
patrum. quia patri ſpiritua i debemus obe
dire in ſpiritualibus ſcilicet prelatio ſecula/
ri ſcilicet regi in temporalibus reipu. patri
carnali in diſpoſitione. rei familiaris.

De quinto precepto.

Capitulum.64.

Quintum eſt. Nõ occides. Hic ex
plicite prohibetur homicidium. ſȝ i
plicite omnis motus ire contra proximũ ſi/
ue ille ſit tm̃ cordis vt ira ſiue oris vt con/
tumelia. ſiue operis vt percuſſio circa mor/
tem vel depilliatio. prohibetur hic oĩs occi
ſio iniuſta que ſit tripliciter. ſ. ex cauſa vt i il
lo qui occiditur ſiue culpa. vel ex ordine vt
cum ille qui non eſt miniſter legis occidit.
vel ex omnia vt quando miſter legis occidit
nõ amore iuſtitie. ſed libidine vindicte. Di
ſtinguitur homicidij genus dupliciter. ſcili
cet verum quod dicitur corporale. ⁊ iterpre
tatum quod diciť ſpũale hõicidium ſpũale
fit duobus modis. Uno mõ omitendo vt
cum quis videt alium i extrema neceſſitate
⁊ non ſubuenit ei interpretatiue dicitur euȝ
occidiſſe. Alio modo fit committendo ⁊ hoc
qñȝ corde. ſ. odiẽdo. j. Jo. 20. Qui odit fra
trem ſuum homicidia eſt. quãdoqȝ ore. ſ. de
trahendo quia ille cui detrahitur occiditur
in conſciencia illius qui audit detractoreȝ i
qua prius viuebat per bonam famaȝ. quan
doqȝ opere. ſ. malo exemplo alicui occaſio/
nem ruine preſtando. ⁊ tunc interpretatiue
dicitur illum occidiſſe.

De ſexto. Capitulum.lxv.

Sextum eſt nõ mechaberiſ. In hoc
precepto vt dicit Augu. ꝓhibeť oĩs
illicitus concubitꝰ ⁊ oĩs illegitimꝰ
vſus coꝝ mẽbroꝝ. De hac materia quere
ſupra. li. 3. in. c. de luxuria. ⁊. c. ſequenti.

De ſeptimo. Capitulm.66.

Septimum eſt. nõ furtũ facies. Hic
